




2
6
70











LVDOVICI RODOLFINI
DE SABLONETA
IVR. VTR. DOCT.
QVAESTIONVM LIBER SECVNDVS.
ARGVMENTVM.

An credatur beroarijs dicentibus cępisse Reum In loco non sacro, an Reo dicenti se captum in loco sacro.

SVMMARIVM.

1 *Beroarijs dicentibus cæpiße Reum in loco non sacro, & sic extra ecclesiam, vel fines ecclesiæ non creditur secundum Decianum.*
Contrarium tenuit Ioan. Bapt. Baiard. ibi.
Cum quo stetit Author, dummodo dictum berroariorum iuuetur aliquo adminiculo, nihilque concurrat ad fauorem Rei, alias non, ibid.
2 *Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.*
3 *Nemo præsumitur delinquere.*
4 *Extrahens è loco sacro aliquem committit sacrilegium.*
5 *Opiniones Doctorum faciunt rem dubiam.*
6 *In dubio pro ecclesia iudicandum est.*
7 *Opinio, quæ fauet ecclesiæ, amplectenda est.*
8 *Immunitas data est ecclesiis, et locis sacris ob reuerētiā q̄ illis p̄stari dēt.*
9 *Immunitas confugientium ad ecclesiam introducta est ad honorem, & reuerentiam Dei, & charitatem, & pietatem.*

QVAESTIO XXVI.

1 QVæro, an† credendum sit berroarijs dicētibus cępisse Reū in loco nō sacro, & sic extra ecclesiā, vel fines ecclesiæ, an vero capto, seu delinquēti dicēti se captum fuisse in loco sacro? & Decianus inquit͛, ꝙ nō credit͛ berroarijs id asserētib. vt scriptū reliq͛t in c. 25. nu. 23. ver. hic quęri pōt, lib. 9. rerū crim. & melius in c. 29. nu. 10. ver. itē quęro, lib. eo.

Contrarium videtur tenere Ioã. Bapt. Baiard. in addit. ad Clar. in §. fi. q. 30. nu. 24 lib. 5. senten. vbi ait, quod non obtineretur in practica illud, quod dixit Decianus, quia omnes Rei dicerent, se fuisse captos in loco sacro.

Ego dico, quod iudex adhibere debet omnem diligentiã in inueniendo veritatem interrogando Reum, & berroarios separatim super facto, & eius circunstantijs, & si dictum berroariorum adiuuabitur aliquo adminiculo, ei adhęrebit, dũmodo aliud nõ
2 concurrat ad fauorem Rei, attento q̃ † nemo præsumitur imme
3 mor salutis æternæ. l. fi. C. ad leg. iul. repet. & † nemo præsumitur delinquere. l. merito. ff. pro socio, prout deliquissent berroarij, si
4 Reum è loco sacro extraxissent, quia † sacrilegium cõmisissent. c. frater. c. si quis contumax, & c. si quis. 17. q. 4. l. præsenti, & toto tit. C. de his, qui ad eccles. confug.

Quòd si nihil emergat, teneo, q̃ Decianus bene loquatur, cũ alleget iura, & rationes, cur berroarijs nõ credatur, tãto magis, q̃a Baiardus nihil allegat, & credo, q̃ in practica illud obseruaretur, quod est iure, & ratione munitũ, præsertim a iudicibus Deum ti
5 mẽtibus, & iustitiã faciẽtibus, & multo plus, q̃a cũ † hi duo doctores sint cõtrarij, res dubia videtur, vt ait Marsil. ĩ l. fi. sub nu. 212. in fi. ff. de iurisd. omn. iud. & Mar. Socin. iun. in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 74. & nu. 75. ff. de verb. obli. & Alex. in cõs. 222. nu. 10.
6 vol. 2. dixi in q. 25. nu. 4. ver. cæterum, lib. 1. & † in dubio pro ecclesia iudicandum est, vt ait Specul. in tit. de testib. §. postquam de testib. nu. 7. & Cęfal. in cõs. 752. nu. 35. vol. 5. & Alex. in l. inter pares, num. 4. ver. qui autem sint isti casus. ff. de re iud. vbi ait, quod
7 † illa opinio, quæ fauet ecclesiæ, amplectenda est, idem notauit ibi Ias. nu. 1. ver. amplia istum text.
8 Cum clarum sit, † immunitatẽ esse datã ecclesijs, & locis sacris ob reuerentiam, quæ illis præstanda est. c. si quis contumax. 17. q. 4. Petr. de Anch. in cõs. 329. dubitationem facit, in princ. & Decian. in d. c. 25. sub nu. 1. in fi. lib. 6. rerum crimin.

Et sic opinio Deciani tanq̃ fauens ecclesiæ, & eius immunitati, in dubio tenẽda est, ob honorem ẽt, & reuerentiã Dei, & chari
9 tatẽ, & pietatẽ ꝓximi, cũ † ad hæc immunitas cõfugientiũ ad ecclesiã introducta sit, vt attestatur Remig. in tract. de immunit. eccles. in regulã, nu. 2. ver. ratio istius regulæ.

ARGVMENTVM.

Vir bonę conditionis, & famæ tenetur restituere rem furtiuam ab eo emptam sine pretio.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem furtiuam tenetur eam restituere domino absque pretio.*

Vide

Vide ibi remißiuè ampliationes, & limitationes.

2 *Emptor rei furtiuæ bonę conditionis, & famæ recuperat pretium ſecundum Menochium.*

Contra quem tenet Author ſub nu. 3. uer. at male.

3 *Emptor rei furtiuæ bonæ conditionis, & famæ cuitat ſuſpicionem furt*

4 *Quilibet in dubio præſumitur bonus.*

Et iſta eſt præſumptio naturæ, ibi.

5 *Bona fides in dubio pręſumitur.*

6 *Bona fides pręſumitur ex titulo.*

Et quidem ipſo iure, ibi.

7 *Bona fides pręſumitur ex titulo putatiuo etiã ex errore iniuſto cauſato.*

8 *Bona fides cauſatur ex iniuſtis, & temerarijs cauſis.*

9 *Bona fides pręſumitur ex titulo inualido, & ex temerarijs rationibus acquiſito.*

10 *Pręſumptio iuris procedit ſecundum ueritatem.*

11 *Pręſumptio iuris dicitur ipſa ueritas.*

12 *Pręſumptio iuris dicitur uera, & propria probatio, & ſub nu. 15.*

13 *Pręſumptiones iuris inducunt ueram, & non fictam probationem.*

14 *Pręſumptiones iuris tantum debent operari, quantum ipſa veritas.*

15 *Statutum loquens de probatione inſtrumentali habet locum in pręſumptionibus iuris, ex magis communi.*

16 *Pręſumptio iuris eſt manifeſta ueritas, & facit probationem euidentē, claram, & manifeſtam.*

17 *Pręſumptiones non operantur, niſi allegentur.*

18 *Bona fides non pręſumitur, niſi allegetur, adeo ut ſi omittatur huiuſmodi allegatio, ille, in cuius fauorem bona fideș pręſumitur, ſuccumbit.*

19 *Pręſumptio iuris oriens ex nullius facto non eſt neceſſario allegãda, etſi alij contrarium dixerint.*

20 *Pręſumptionem allegari tacitè ſufficit, ex communi.*

21 *Factum allegare ſufficit, ex quo pręſumptio colligi poteſt.*

QVAESTIO XXVII.

1 DVbitatur ſuper materia l. inciuilem. C. de furt. in qua dicitur, quod † emens rem furtiuã tenetur eã reſtituere domino abſq; pretio, & ibi hoc notant Odofred. Cyn. Bart. Bal. Aret. Ang. Salycet. Caſtrenſ. & Sichar. cuius cõcluſionis ampliationes, & limitationes poſuit Menoch. in præſũmp. 29. lib. 5. de præſumpt. & poſt eũ Baiard. ad Clar. in §. furtum, nu. 104. cũ multis ſequentib. Dubitabatur inquã, an ille, q probauit ſe emiſſe rē furtiuã, necnõ ſe eſſe bonæ cõditionis, & famæ, teneatur eã reſtituere abſq; recuperatione pretij ſoluti.

In qua dubitatione cũ occurriſſet caſus, allegabat mihi Menoc. in d. præſump. 29. nume. 30. verſicu. declaratur tertio, qui

2 dixit, quod† emptor bonæ conditionis, & famæ euitat pœnam d. l. inciuilem. C. de furt. quia in eo præsumitur bona fides, & per consequens recuperat pretium.

Ego tamen respondebam, Menochiũ bene sentire, dũ dixit, ꝙ
3 † emptor rei furtiuę bonæ cõditionis, & famæ euitat pęnam d. l. inciuilem, scilicet quoad suspicionem furti tantum, prout loquũtur Doctores ab eo allegati in d. præsump. 29. nu. 4. ver. secundus est casus, & præcipuè Tiraquel. in caus. 51. nu. 131. versi. & quoniã de furto, de pœn. temper.

At malè sentire dum dicit, ꝙ recuperat pretiũ, tũ quia nullus Doctor hoc dicit, tum ẽt quia non allegat bonã rõnem, siquidẽ Imperator in d. l. inciuilem, respõdet negotiatori, & mercatori, q emerat rem furtiuam, vt patet ibi, curate igitur cautius negotiari, & tradit Odofred. in princip. & tamen mercator ipse tenetur rem furtiuam restituere absque pretio, vt ibi, licet ipse emptor sit
4 bonus, & probus, prout† sic in dubio quilibet regulariter præsumitur, vt ait Alciat. in præsump. 2. nu. 1. reg. 3. de præsump. & Mascard. in concl. 222. nu. 1. de proba. & ista est pręsumptio naturæ, qa naturaliter qlibet est bonus. c. 1. & ibi glo. in verbo, æstimare, de scrutin. in ord. facien. Socin. sen. in cõsi. 15. visis, nu. 15. vol. 1. & Soc. iun. in cõs. 83. circa pręsentẽ, nu. 3. vol. 2. & plenè Menoch. in præsump. 1. nu. 7. & nu. 15. lib. 5. de præsump. & Alciat. in d. præsump. 2. nu. 1. & Mascard. in d. concl. 222. nu. 2. de probat.

5 Licetq; sit in bona fide, quæ† in dubio præsumitur, vt ait Mascard. in concl. 224. num. 1. de probat. vbi attestatur de communi
6 multos allegans, maxime propter titulum, ex quo † præsumitur bona fides, vt ait Aret. in d. l. inciuilem, ver. sed hoc non potest intelligi. C. de furt. & Abb. in c. sanctorum. nume. 3. ver. quæro quia textus exigit, de præscript. & Calcan. in consi. 100. quod veniat condemnandus, sub nu. 13. & Mandel. de Alba. in consi. 84. casus iste, nu. 3. ver. & bona fides, & Menoch. in præsump. 130. num. 1. lib. 3. de præsump. & Mascard. in concl. 228. nu. 1. de proba. & quidem ipso iure, vt ibi subdit nu. 2. & nu. 3.

7 Quæ† quidem bona fides præsumitur etiam ex titulo putatiuo etiam ex errore iniusto causato, ut ait Bart. in l. Celsus, sub nu. 17. ver. dic ergo quod bona fides. ff. de vsucap. & Abb. in cap. si diligenti. nume. 15. versic. examinemus nunc regulam, de præscrip. & Menoch. in dicta præsumpt. 130. nume. 4. ver. extenditor hic casus, l. b. 3. de præsumpt. vbi alios allegat, & Mascard. in conclusio. 231. sub nume. 1. versi. istud autem, de probatio. vbi nonnullis allegatis attestatur de communi opinione, & dixit Plot. in consil. 19. casus super quo petitur, nume. 105. quod
8 † bona fides causatur ex iniustis causis, & etiam ex temerarijs, vt ait Beret. in consil. 71. quanquam, nume. 5. versicu. at bona fides,

fides,& Mascard.in conclus.228.nu.4 ver.amplia, de probat.vbi
9 ait,quod † bona fides præsumitur ex titulo inualido, & ex teme
rarijs rationibus acquisito.

Nec obstat,quod in casu, de quo agitur,fuerit facta vera probatio bonæ conditionis, & famæ, at in casu d. l. inciuilem, adsit tantummodo probatio iuris præsumptiua. Quia dico,quod tan tum operatur iuris præsumptio, quantum vera probatio, quia
10 † iuris præsumptio procedit secundum veritatem, vt ait Me-
11 noch.in quæstione 47.num.5. lib.1. de præsumpt.& † præsum-
ptio legis dicitur ipsa veritas,vt ait Ias. in l.licet Imperator.num. 8.ff.de leg.1.& in l.1 sub num.9.versic.adde fortius, C. de testament.milit.& Ferrat.in caut.16.sub numero sexto, versicul.immo dicit Iason,& Asin.in comment.ad statut.Florent.§.19.capitu.secundo, num.quinto.

12 Insuper † præsumptio iuris dicitur vera, & propria probatio,
vt ait Ias.in d.l.prima,numero decimo,versicu.nunquid autem, & in in d.l.licet Imperator, nu. decimotertio, vers.limita,& Paris.in consil.80.in hac causa, numero decimoquinto,versicul.&
13 quæ præsumptiones, volumine primo, vbi ait, quod † præsum-
ptiones iuris inducunt veram, & non fictam probationem,& in consil.97.vt præsentis,sub numero sexto,volumine eod.j.vbi ait,
14 quod † tantum debent operari præsumptiones iuris, quantum
ipsa veritas,& dixit Ioan.Bapt. Asin. in comment.ad statut. Flo-
15 rent.§.15.capit.secundo,numero tertio, quòd † statutũ loquens
de probatione instrumentali habet locum in præsumptionibus iuris,asserens, hanc esse magis communem opinionem, & frequentioribus calculis receptã, quicquid alij aliter arbitrati sint, & allegat multos Doctores hoc tenentes, cum quibus stetit etiam Menoch. in quæstione 36.numero 9.libro primo,.de præsumpt.idem voluit Tiraquell.in l.si vnquam,in verbo,donatione largitus,numero 159.versicul.quibus adde.C.de reuocan.donation. vbi subdit numero 160. versicul. ex quibus plane liquet, quod res,quæ est probata præsumptione,çque vera est atque ea, quæ alijs documentis,&probationum generibus est probata & quòd iuris præsumptio dicatur vera,& propria probatio, voluit Menoch. in quæstione 36. numero tertio,versicul.secundus est
16 casus,libro primo,de præsumpt.vbi addit,† præsumptionem iu-
ris esse manifestam veritatem, & hoc idem inferius ibi annotauit numero octauo,versicu. & propterea,dicens,recte Interpretes vno ore scribere, præsumptionem iuris facere probationem euidentem,claram,& manifestam, & ante ipsum hoc scriptum reliquit Tiraquell. in d. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus,sub numero 158.C.de reuoc.donat.& Didac. in cap.6.num. 1.libro secundo,var.resolut.

Similiter

Similiter non obſtat, quod in d.l. inciuilem, C. de furt. non appareant allegatæ illæ duæ præſumptiones, videlicet bonitas em-
17 ptoris, & eius bona fides, cum † præſumptiones non operentur, niſi ſint allegatæ. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni, & ibi gloſſa. ff. ad legem Iul. de adulter. & Pacian. in capit. duodecimo, numero decimotertio, verſic. attamen, libro primo, de probat. quia ſuper non allegato præſumptio non reſultat, vt ſubdit ibi numero 36. verſicul. item vbicunque, & in ſpecie, quod
18 † bona fides non præſumatur niſi allegetur, voluit Bald. in l. ſi ſuper longi, numero vndecimo, verſic. illud autem tene fixum. C. de præſcript. long. tempor. vbi admonet Aduocatos, vt ſemper deducant, & allegent bonam fidem, quem ſequitur Pacian. in dicto capitulo duodecimo, numero decimoſexto, & ſub numero 36. verſic. & ſic ex prædictis, & Menoch. in quæſtione 48. numero 9. verſicul. ſexto ita dicimus, libro primo, de præſumpt. vbi plures alios hanc eandem opinionem ſequentes refert, & Maſcard. in concluſ. 224. numero 19. verſic. primo limita, de probat. vbi ait, quod bona fides ita demum præſumitur, ſi allegetur, ſubdens nu. 20. quod ſi omittatur talis allegatio, ille, in cuius fauorem bona fides præſumitur, ſuccumbit.

Quia reſpondeo, quod non fuit neceſſe deducere, nec allegare præſumptionem illam legis, qua dictum eſt, quemlibet in du-
19 bio præſumi bonum, quia † huiuſmodi iuris præſumptio oritur ex nullius facto, cum ſit præſumptio naturæ, vt ait Menoch. in quæſtione 48. ſub numero 42. & numero 43. libro primo, de præſumpt. vbi allegat Barto. Bald. Iaſ. Barbat. & Socin. iun. licet pro contraria parte allegauerit Bald. ipſum, Iaſ. Purpurat. Bolognet. & Felyn. & ſe remittit ad declarationem Didac. in capitul. Raynutius. §. vndecimo, numero tertio, verſ. ex præmiſſis omnibus, de teſtam.

Quo vero ad præſumptionem bonæ fidei dico d.l. inciuilem, C. de furt. loqui de eo, qui emerat rem furtiuam, vt ait ibi gloſſ. & Doctor. ex quo datur intelligi, quod allegata fuerat emptio, & ſic titulus, ex quo bona fides præſumitur, & ſic tacite ſaltem
20 allegata fuit bona fides, quæ † tacita allegatio ſufficit, vt ait Maſcard. in concluſ. 224. numero vigeſimoſecundo, verſic. nec omittimus, de probatio. vbi dixit, hoc eſſe obſeruatione dignum, & Menoch. in quæſtione 49. numero primo, libro primo, de præſumpt. vbi ait, quod hoc affirmant penè omnes Doctores, ſub-
21 dens, ſufficere † allegare factum, ex quo præſumptio colligi poſſit, per Bald. in fi. ff. quod met. cauſ.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Nunquid in instantia partis petentis aduersarium cogi ad respondendum, an velit vti instrumentis, vel testibus pro bonis, veris, & legalibus, necesse sit exprimere in qua parte scripturæ, vel attestationum testium de falso redarguere velit?

SVMMARIVM.

1 *Pars statuto sibi termino tenetur ad instantiam partis aduersæ respondere, an velit uti instrumentis, vel attestationibus testium pro bonis, veris, & legalibus, simpliciter, sine plica, protestatione, aut conditione aliqua, ex magis communi.*

Quæ conclusio procedit, siue sit factum proprium, siue alienum, & siue pars possit de eo verisimiliter esse instructa, siue non, quod si agatur de facto alieno, de quo non sit verisimiliter instructa, debet concedi longior dilatio, si petatur, ad respondendum, quàm si agerentur de facto proprio, & ita vsu obseruatur, quicquid alij dixerunt, ibi.

2 *Mediolani usu approbata est responsio, quod pars vult vti dictis testium in concernentibus substantiam negotij, & fidem ipsorum testium secundum Bossium.*

3 *Instantia, & requisitio, quod aduersarius respondeat, an velit vti instrumentis, vel testibus pro bonis, veris, & legalibus, debet continere causam interrogationis, quod pars vult redarguere testes, uel instrumenta de falso, alias non admittitur.*

Declara, quando pars vult extrinsecus redarguere testes, vel instrumenta de falso, secus si falsitas appareat ex dictis testium, vel ex instrumentis ipsis, quia non requiritur causa, nec protestatio, ibi.

4 *Pars non potest respondere, quod vult vti testibus in tali loco, vel in talibus verbis, & non ualet huiusmodi responsio.*

5 *Rouescal. damnatur ab Authore.*

6 *Iuramentum est indiuiduum.*

7 *Responsio super interrogatorio, an uelit quis uti testibus, uel instrumentis pro bonis, & veris, fieri potest cum conditione, aut protestatione, si pars aduersa non opponit.*

8 *Interro-*

8 *Interrogatus tenetur exprimere in qua parte ſcriptura, uel atteſtationem teſtium uelit redarguere de falſo ſecundum Ant. Gabr.*
Sed Author contrarium tenet, ibi.

9 *Vtens inſtrumento falſo poteſt ſe pugnare, ſi ignorauit eſſe falſum, & deceptionem exhibeat, dummodo ignorantia non ſit ſupina.*

10 *Exempla non reſtringunt, nec limitant ius commune.*

11 *Sæpius qui multa congerunt pauca digerunt.*

QVAESTIO XXVIII.

1 SCiunt omnes, qui in legibus verſati ſunt, qꝫ † pars ad inſtantiam partis aduerſæ ſtatuto ſibi termino tenetur reſpondere, an velit vti inſtrumentis, vel atteſtationibus teſtium pro bonis, veris, & legalibus, ſimpliciter, ſine plica, proteſtatione, aut conditione aliqua, quia iſta eſt practica, qua vtuntur Aduocati, & Procuratores ad excludendā ignorantiam, quam prætendere poſſet pars interrogata, quod inſtrumenta, vel atteſtationes ſint falſæ, vt ait Boſſ. in tit. de falſ. numer. 155. verſicu. dixi etiam, vbi atteſtatur, hanc eſſe magis communem opinionem, & Burſat. in conſi. 188. ſub examine, nu. 10. & nume. vndecimo, volum. ſecundo, vbi dixit, hanc eſſe veriorem opinionem, quam vti communem amplectitur Clar. in §. falſum, verſic. vtens falſo inſtrumento, qui addit, illam habere locum, ſiue ſit factum proprium ſiue alienum, quod idem ſequitur Burſat. in loco mox citato, & ſubdit Clarus hoc procedere, ſiue pars de eo poſſit veriſimiliter eſſe inſtructa, ſiue non: quod ſi agatur de falſo alieno, de quo non ſit veriſimiliter inſtructa, debet concedi longior dilatio, ſi petatur, ad reſpondendum, quàm ſi ageretur de facto proprio, & quod ita vſu obſeruatur, quicquid conſuluerit Natta in conſi. 635. videtur, num. 4. verſic. præmiſſis tamen non obſtantibus, & numeris ſeqq. volum. tertio, dicens, reſponderi poſſe cum proteſtatione, vel conditione, quando inſtrumenta continent factum alienum, & ſic quando pars interrogata habere poteſt probabilem ignorantiam, & quicquid dixerit Aretin. in capitu. præſentium, numero 19. verſic. fateor tamen, vbi ait, quod ſi a principio quando pars proteſtatur, ſe velle vti inquantum appareant vera, alias non, vel poſt lapſum termini iudex veriſimiliter præſumit, partem non potuiſſe informari de veritate, vel de credulitate, tunc debebit admittere partem cum proteſtatione ſua, quia ex quo pars non potuit informari, admittitur reſponſio eius dubia, & ſequitur Natta ipſe in d. conſil. 635. numero quinto, verſic. ſecundo adduco. Et licet
2 Boſſius in loco præcitato ſubiungat, vſu † approbatā eſſe reſponſionem,

sionem, quod vult vti in concernentibus substantiam negotij,& fidem testis,& vt ibi per eum, attamen loquitur ex vsu,& obser uantia fori Mediolani vigore statutorũ dictæ Ciuitatis,qui vsus admittit ibi similem responsionem pro clara, vera,& certa,non tamen refert, quin de iure clara,& nitida fieri debeat responsio, vt ait Bursat.in d.consi.188.sub nu.12.vol.2.

3 Requiritur tamen,quod † instantia contineat causam interro gationis,aut protestationem,quod pars velit attestationes, vel in strumenta redarguere de falso, alias non est admittenda, vt ait Barto.in l.Diuus Pius,num.primo,ff.ad legem Cornel.de fals.& Felyn in cap.præsentium,num.12.versic. & nota,de testib.& ibi Aretin.sub num.20.& Anto.Gabr.in conclus.7.num.primo, tit. de criminal.& Vrsill.ad Afflict.in decis.189.numero 3. versic. & circa prædicta,& Natta in d.consil. 635. numero 6.volum.3.vbi dicunt,quod ad hoc vt ille,qui vtitur falso instrumento, vel falso teste,possit condemnari de falso,non sufficit,quod pars aduersa interroget, vtrum velit vti instrumentis, vel testibus, sed erit necesse,quod adiungat causam interrogationis,scilicet,quod intendit,eos redarguere de falso.

Quod verum est, quando pars intendit extrinsecus redarguere velle testes, vel instrumenta de falso, vt puta per alios testes, qui nondũ sint examinati, vel per alia instrumenta,quæ non sint hucusque producta, secus si falsitas testium, vel instrumentorũ productorum appareat ex dictis testium,vel ex instrumẽtis ipsis, quia hoc casu non requiritur protestatio aliqua,nec causa interrogationis,vt declarat Felyn.in d.c.præsentium,nu.13.vers. item nota,de testib.& ibi Aret.nu.21.ver. illud etiam scias, & Baiard. ad Clar.in §.falsum,sub nu.120.

Et dixit Vrsil.ad Afflic.in d.dec.189.nu.j.ꝙ quis tenetur speci-
4 fice respondere, si intendit vti testib.& ꝙ † non potest dicere,ꝙ vult vti in tali loco,vel in talib.& hoc voluit ante ipsum Bald.in consi.96.decreto cauetur,nu.1.nu.2.& nu.3 vol.1.

5 Ex quo apparet, non † esse veram distinctionem,quã nouissimè attulit Rouescal.in addit.ad Bal.in d.consi.96.in fi.volu.1.dicens,quod aut inest timor falsitatis, & tunc pars interrogata tenetur præcise respondere : aut non inest timor falsitatis, & tunc põt respondere qualificatiuè,scilicet quod vult vti in ea parte, & partibus,in quibus testes vera deposuerunt,quia hoc etiam casu debet respondere pure, & sine conditione,propter iuramentum
6 interpositum super attestationibus, quod † est indiuiduum,vt ait Catel. Cotta in verbo, iuramentum est quid indiuiduum, in suis memorabil.& Dec.in consilio 45.reuocatur in dubium,nu. decimoquinto,versi. iuramentum enim,& Cefal.in consi.110. milites,nu.vigesimooctauo,volum.j.& Rimin.iun.in consi.551.

in præsenti

in præsenti causa, numero 27. versic. & cum iuramentum, volu. 5. merito responsio non potest scindi, nec attestationes possunt pro parte approbari, & pro parte reprobari, vt ait Bald. in d. consi. 96. num. 3. volum. 1. vbi affert alia ad propositum conferentia, quę non transcribo.

7 Benè verum est, quod † si pars interrogata respondet cum cõditione, aut aliqua protestatione, obscuritatem, aut incertitudinem continente, & pars interrogans non opponat, valebit, & fieri poterit huiusmodi responsio, vt ait Fulgos. in consi. 177. publicato processu, sub num. primo, versicul. sed videtur dici posse, & Afflict. in decis. 189. facta publicatione, num. 3. & Menoc. in cas. 315. nu. 22. de arbit. iud.

8 Cœterum in hac materia quæsitum est, vtrum † in instantia partis interrogantis necesse sit exprimere in qua parte scripturæ, vel attestattionum testium velit redarguere de falso? & videtur dicendum, quod sic, vt notauit Anto. Gabr. in conclus. 7. nume. 9. vers. quarto limita, titul. de criminal. vbi ait, quod interrogans debet exprimere specifice partem scripturæ, in qua intendit illã redarguere de falso: aliàs si generaliter diceret non facta specificatione velle redarguere de falso, non compelleretur præcisè respondere, & ita allegabatur in facto pro parte D. Horatij Zobij contre D. Iulium Vancinum de Bozulo, & dicebam, quod Ferrant. Gargiar. sequebatur Ant. Gab. in patro. 28. plura, nu. 13.

Ego tamen vti aduocatus Vancini contrarium dicebam, quia opinio Ant. Gabr. non videtur vera, posteaquam allegat Doctores, qui hoc non dicunt, nec probant suam opinionem, siquidẽ allegat Archid. in capit. in memoriam, distinct. 19. qui tantum dicit numero quinto, quod † qui vtitur falso instrumento, potest
9 se purgare, si ignorauit esse falsum, & deceptorem exhibeat, dũ modo ignorantia non sit supina, sed forte voluit allegare Card. Alexand. in d. c. in memoriam, colum. 2. vbi dixit, quod interrogatus, an velit vti instrumento pro vero, vel falso, debet simpliciter respondere, & dicit cautelam esse, si quis vult benè arctare aduersarium, ut cogatur deliberate respondere, ut deducat in quo vult arguere de falso instrumentum, quia tunc tenebitur præcisè respondere.

Allegat etiam Angel. Aretin. in §. appellatur, versic. sed pone, Instit. de except. qui numero septimo, & eodem versic. sic figurauit casum dicens, sed pone, quod Titius vtebatur mecũ falso instrumento cum protestatione, quod non intendit eo uti, si falsum reperiatur: ego tamen dixi ei apud acta, quod erat falsum, & assignaui singulariter causas falsitatis, si non desistat ab vtendo: quamuis fecerit prędictam protestationem, non tamen excusabitur a falso, quia fuit certioratus a me, & ita reperitur falsum, ut

dixi,

dixi,& non desistit,negari non potest,quod non sit in dolo,ergo tenetur,arg.l.3.§.si quis.ff.de liber.exhiben.quod nota in practica.Ista sunt uerba Ang.Aret. fideliter relata, per quę non probatur,sicuti non probatur per uerba Card.Alexand.quod necessario debeat dici,in qua parte scripturæ,uel attestationum testium uelit quis redarguere de falso.

Et pro maiori intelligentia animaduertendũ est,quod si pars interrogatur,utrum uelit uti testibus, uel instrumentis & dicat, intendo uti inquantum appareant uera, uel dixisse uerum,aliàs non , potest aduersarius statui facere parti terminum ad deliberandum,an uelit uti, uel non, & tunc tenetur præcise respondere absque protestatione,ut ait Barto in l. Diuus Pius, numer. secundo,uersic.sed quæro,ff.ad legem Corn.de fals.& Felyn.in c. pręsentium,numero 12.uersic.tertia conclusio,de testib.& hanc opinionem amplectitur Ang.Aret.in dicto §. appellatur,nume. septimo. Vt ergo dilatio tollatur , ponit Aret. casum in eo, qui nollet expectare, quod terminus statueretur,sed absque dilatione assignauit expresse causas falsitatis,& si pars aduersa non desistat ab usu, quanuis fecerit prædictam protestationem,inquit, quod non excusatur à falso, quia fuit certioratus absque termino,qui datur,ut possit certiorari , & deliberare,quomodo sit facienda declaratio,& sic patet,quod Aret non loquitur in termi-
10 nis quęstionis,sed dat exemplum , quod † non habet restringere,vel limitare dispositionem iuris communis,l. damni infecti, §.fi.ff.de dam.infect.nam exempla traduntur, non ut sic sit, sed vt sic intelligatur,ut ait Fabius Opinell.in l.imperium,nu.124.ff. de iurisd.om.iud.

Pręterea multi dixerũt,quod interrogatus,an uelit uti instrumentis,uel testibus,si vult euitare periculum falsi,potest respondere,quod intendit uti cum protestatione,si & quatenus ueritatem contineant,ut ait Cyn.in l.si falsos,numero secundo,& numero 3.C.de fals.& Bald.in l.si aduersarius,nu.9.C.de fide instrument.& Pract. Papiens.in forma producit. instrumen.in uerbo, appareant,numero primo , & hanc practicam docuit Speculat. in titulo de instrument.edit.§.6.numero tertio,uersic.quid si uelis,& Marant.in tract.de ordin.iudic.in titu.de instrument. product.num.20.uersic.quid autem,in 6.par.& Gardin.in tit.de fal. num.16.uersi.sed pone.

Sed quia duobus modis potest effectus dictæ protestationis tolli,primo statuendo terminum parti interrogatæ,quia tunc tenetur absque protestatione respondere,secundo interrogando simpliciter,an uelit uti instrumento, uel testibus,sed specificet,utrũ uelit instrumento in tali parte, in qua sic dicitur , & similiter utrum uelit uti dicto testium in eo , in quo sic deponunt,quia

vult

vult in eo de falso redarguere, & ita tradit clarius Ripa in c. cum M. Ferrariensis, nu. 10. de constit.

Ideo est in electione partis interrogantis vel facere, quod statuatur terminus interrogato, vel specifice interrogare aduersarium, an velit vti dicto testium in tali parte, in qua sic dixerunt, quia intendit eos redarguere de falso, & per consequens non est arctata pars interrogans specificare, in qua parte intendit redarguere de falso testes, vel instrumenta: benè potest, si vult, hoc facere breuitati studendo, ne differatur responsio per præfixionem termini.

Ego vidi à Practicis obseruari, quod pars instat aduersarium interrogari, & per ipsum responderi, an uelit uti testibus, & instrumentis pro bonis, ueris, & legalibus, quia intendit eos, uel ea redarguere de falso, instatque comminari, quòd si non respondeatur, nulla dabitur fides testibus, uel instrumentis. Quo facto iudex mandat hanc instantiam parti aduersæ intimari cum termino competenti ad respondendum cum comminatione prædicta, & si pars aduersa rñdet cũ conditione, aut protestatione, aduersarius opponit pro clara, & præcisa responsione habẽda, & tunc reiteratur præceptum ad respondendum clarè, apertè, sine protestatione, aut conditione aliqua cum comminatione prædicta, & pars clarè respondet, si vult. At ipsa renitente clarè respondere, iudex pronunciat, nullam fidem dandam esse testibus, vel instrumentis.

Ex quibus patet opinionem Anto. Gabr. non esse ueram, nec habere iudicio meo aliquam rationem, quapropter admiror, ꝙ vir tantæ eruditionis, & practicę rem hanc ratione carentem scri
11 pserit, sed sæpius † qui multa congerunt, pauca digerunt, ut ait Gabr. in consi. 70. ex multitudine, in princ. vol. 2.

ARGVMENTVM.

Clausulæ summarie, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, ac sola facti veritate inspecta, quando non operentur.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ summarie, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, ac sola facti ueritate inspecta, important, ut ordo iudiciarius sit sublatus, omnisque solemnitas iuris ciuilis intelligatur esse reiecta.*

2 *Iudex*

2 *Iudex virtute clausularũ summarie, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij, ac sola facti veritate inspecta, potest recedere a regulis iuris.*

3 *Clausula, sola facti veritate inspecta, operatur, vt iudex possit procedere manu regia.*

4 *Iudex, cui commissum est, vt procedat summarie, & sola facti veritate inspecta, habet iudicare inspecto iure gentium, nõ attenta ordinatione, nec solemnitate iuris positiui.*

5 *Verba, iustitiam faciat, important, vt seruetur iuris ordo, & ueritate comperta fiat quod iuris est, & sub nu. 19.*

6 *Iustitia fieri dicitur, quando iuris ordo seruatur, & vnicuique quod suũ est, tribuitur.*

7 *Rescriptum continens impossibilitatẽ, & repugnantiam non ualet, et nihil operatur.*

8 *Contraria in eodem subiecto stare non possunt.*

9 *Repugnantia, & contrarietas ubi fit inter principium, & finem alicuius scripturæ, tunc attenditur finis, qui principio derogat, & per quem ab eo receßum esse censetur.*

10 *Statutum quando sibijpsi contradicit, seruari debet quod vltimo loco scriptum est.*

11 *Factũ superioris intelligi debet, quantum fieri potest, secundum ius cõmune.*

12 *Interpretatio, quæ nos reducit ad ius commune, dicitur pia, & fauorabilis, & ideo assumenda est.*

13 *Inconueniens reputari non debet, ut rescriptũ interpretetur ita ut nihil operetur.*

14 *Verba rescriptorum recipiunt interpretationem a iure communi, & illi accommodari debent.*

15 *Rescriptum Principis stricte debet interpretari, ut minus corrigat ius commune, quam sit poßibile, & potius toleratur, ut nihil operetur, quam quod intelligatur contra ius commune.*

16 *Factum superioris in dubio semper refertur ad ius cõc, si fieri potest.*

17 *Princeps, qui iure communi, & speciali uti potest, in dubio præsumitur uti uoluisse iure cõi, & secundum illud rescribere, & concedere.*

18 *Princeps præsumitur uoluisse uti iure speciali, ubi actus alias ualere non potest.*

Fallit, ubi est repugnantia, & contrarietas actus, ibi.

19 *Princeps præsumitur in dubio rescripsisse ad importunitatem petentis.*

20 *Princeps quando rescribit, uel aliquid concedit contra ius, præsumitur per importunitatem rescripsiße, uel conceßiße.*

21 *Princeps rescribens ad instantiam partis præsumitur potius motus per importunitatem, quam ex iusta, & rationabili causa.*

22 *Iusta causa non præsumitur in Principe rescribente ad instantiam, & importunitatem partis.*

23 *Laus Marchionis Castioni.*

QVAESTIO XXIX.

PRinceps Bozuli rescripsit, vt in quadam causa prescripti Domini Horatij de Zobijs aduersus dictum D. Iulium Vancinum eius vicarius generalis summarie simpliciter, sine strepitu, & figura iudicii, ac sola facti veritate inspecta iustitiam faceret. Quæsitum est, nunquid per dictas clausulas ordo iudiciarius sit sublatus, omnisque solemnitas iuris ciuilis intelligatur esse reiecta. Et videbatur dicen
1 dum, quod † sic, vt ait Alexand. in consil. sexto, circa processum, sub numero primo, versic. & primo quia ex forma, volum. tertio, & Roman. in consi. 20. viso puncto statuti, in fin. & Roland. à Valle in consi. septimo, numero 34. volumine tertio, & Gram-
2 mat. in decis. 15. numero quarto, vbi dixit, quod † iudex virtute clausularum prædictarum potest recedere à regulis iuris, & idē tradit in decis. 19. lata sententia, numero 5. & Ias. in l. certi condictio, §. si nummos, num. 32. versic. primo quia, ff. si cert. petat. & Minsing. in obseruat. 44. clausula, centur. 2. & Roland. a Valle in consi. 53 quod legitime, num. 13. versi. ratio etenim est, volu. 2. & Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 181. ff. de acquir.
3 posseff. vbi ait, quod † clausula sola facti veritate inspecta operatur, vt iudex possit procedere manu regia, & hoc idem scripsit Grammat. in d. decis. 15. num 4. & in consi. 91. in causa præsentationis, sub num. 23. & in consi. 94. in causa Michaelis, sub nu. 2. in ciuil. & Ias. vbi supra num. 33. & Roland. à Valle in d. consi. 7. nu. 34. vol. 3. & in d. consi. 53. nu. 14. vol. 2. & Ang. Aret. in §. in bonæ fidei, sub nu. 9. versi. quid si fiat commisso, Instit. de act. & Ruin. in consi. 134. ex duobus, nu. 7. vol. 5.
4 Immo dixerunt Doctores, quod † ille, cui commissa est facultas procedendi summarie, & sola facti veritate inspecta, habet iudicare, inspecto iuregentium, non attenta ordinatione, nec solēnitate iuris positiui, & pro hac opinione allegatur Dec. in c. quoniam contra, nu. 17. versi. nam prædicta clausula, de probat. & in c. dilecti, num. 12. cum sequentibus, de iudic. & Georg. Natta in clem. sæpe. §. non sic tamen, in verbo, defensiones, versi. visis suprascriptis, sub nume. 28. de verborum significat. & Grammat. decis. 9. numero 8. & Neuizan. in consi. 80. Benedictus, numer. 39. & Minsing. in d. obseruat. 44. centu. secunda, & Roland. a Valle in d. consi. 53. nu. 15. vol. 2. & in d. consi. 7. num. 31. vol. 3. & Cacheran. in decis. j. num 20. & Ioan. Bapt. Asin. in praxi iudiciorum, §. 3. cap. 3. num. 4. in 1. parte.

Contrarium tamen consului, videlicet, quod per ipsas clausulas nec solemnitas, nec ordo iuris ciuilis sit sublatus, neque intelligatur recessum a iure communi, ita vt iudex secundum regulas iuris iudicare teneatur, & ad hoc dicendum mouebar,

quia

quia in fine dictarum clausularum apposita erant ista verba, iusti
5 tiam faciat, quæ † important, quod seruetur iuris ordo, & veritate comperta fiat, quod iuris est, vt ait Bal. in ca. cum venisset, num. 3. versicul. quæro Papa mandat, de testib. & Ang. in §. exhæredatos, numero 24. in Authent. de hæred. & falcid. & Ias. in l. iustitia, numero quinto, ff. de iustit. & iu. & Marant. de ordi. iudic. in 4. par. distin. 9. num. quinto, & notat Dec. in cap. quia quæsitum, num. quinto, & seq. de offi. deleg. & in cap. ex ratione, numero 12. & seq. de appellat. & in consil. 483. numero primo, vbi
6 dixit, quod † iustitia fieri dicitur, quãdo iuris ordo seruatur, & vnicuique quod suum est, tribuitur, & Felyn. in cap. canonum statuta, sub nume. 49. versic. & si dicatur facias iustitiam, de constit. & Ias. in l. causas, num. 7. C. de transact. & Neuizan. in consi. 12. numero 180. inter consilia Bruni, & Ioan. de Leornar. in consil. 117. altissimi numero 50. versi. & in primis, inter eadem consilia, vbi etiam dixit, quod talis commissio idem operatur, ac si diceretur, fiat quod de iure est, subdens, quod prædicta verba operantur, quod Princeps non intendit vti suæ potestatis plenitudine, immo velit se conformare dispositioni iuris communis.

Et ideo dicendum est, rescriptum continere repugnantiam,
7 & sic impossibilitatem, quo casu † uitiari, & nihil operari debet. l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. l. scripturæ, C. de fide instrumen. cap. imputari, eo. tit. & ita notat glo. in materia testium, & rescriptorum in cap. si ea. 25. quęstione 2. nam ad oppositionem vnius sequitur destructio alterius, vt ait Bald. in sua pract. in tit. de statu.
8 quæstione 2. sub num. quinto, in fi. & † contraria in eodem subiecto stare non possunt, cap. cum matre, de celebrat. missarum, capit. maiores, de baptis. & eius effect. l. hæc verba, ff. de verbor. sig. l. mutius. ff. pro socio. l. si quis. ff. de uerbor. obligat. Cagnol. in l. vbi repuguantia, sub numero primo, ff. de reg. iur. vbi dixit, hanc esse regulam Philosophorum.

Et † vbi repugnantia & contrarietas fit inter principium, & fi
9 nem alicuius scripturę, vt in casu, de quo agimus, tunc attenditur finis, qui principio derogat, & per quem ab eo recessum esse censetur, ut ait Cagnol. in d. l. vbi repugnantia, nu. 6. versi. secundo limita, ff. de reg. iur.

Pro qua re facit, quod † quando vnum statutum sibi ipsi con-
10 tradicit, seruari debet quod vltimo loco scriptum est, vt ait Ang. in l. inciuile, num. primo, ff. de legib. & Cagnol. in d. l. ubi repugnantia, sub num. 6. uersi. ideo in statutis.

Et ideo cum rescriptum obtentum sibiipsi contradicat, seruari debet quod vltimo loco scriptum est, videlicet, quod iustitia fiat, quorum verborum natura est, vt iuris ordo seruetur, & non possit quicquam fieri contra dispositionem iuris, vt dixi.

11 Nec huiusmodi interpellatio spernẽda est, tũ quia † factũ superioris semper intelligi debet secundum ius cõe quantum fieri potest, vt ait Neuizan. in d. consi. 12. nu. 182. inter consilia Brun.

12 Tum etiam, quia † interpretatio, quæ nos reducit ad terminos iuris communis, dicitur pia, & fauorabilis, ut attestatur Rubeus Alex in consi. 8. prosupponitur, num. 6. versi. & insurgit, & Bec. in consi. 32 certi est iuris, nu. 23. quæ assumenda est, ait idem Bec. in consi 1. quæstio, num. 21.

13 Et eo magis quia † inconueniens reputari non debet, ut rescriptũ ad lites interpretetur ita ut nihil operetur, ut ait Dec. in c. dilecti filij, numero 11. versi. & secundum istam conclusionem, de iudic. & in c. causam quæ. numero 13. de rescript. vbi

14 num. 15. subdit, quod † verba rescriptorum recipiunt interpretationem iuris, & in dubio accommodari debent iuri communi. d. c. causam quæ, & ibi Felyn. numero 9. de rescript. & dixit Crauet. in consi. 172. nume. 2. versi. hoc ita præsupposito, quod † re-

15 scriptum Principis stricte debet interpretari secundum ius commune, ut illud minus corrigat, quam sit possibile, subiungens, adeo hoc procedere, quod potius toleratur, ut rescriptũ nihil operetur, quam quod intelligatur cõtra ius commune.

16 Et † in dubio quando factum superioris potest referri ad ius commune, semper ita intelligitur, ut ait Dec. in consi. 114 pro tenui facultate mea, num. 3. versi. confirmatur hoc.

17 Veraque & ab omnibus recepta est sententia, † Principem, qui iure communi, & speciali uti potest, in dubio uti uoluisse iure cõi, & ꝭm illud rescribere, & concedere. c innotuit, de elect. Ias. in l. quanquam, nu. 2. C. de test. mil. & Menoc. in præsump. 12. nu. 1. li. 2. de præsumpt. & in præsumpt. 6. nu. 3. li. 6. de præsumpt.

18 Nec obstat si diceretur hoc non procedere, quando † alias actus valere non posset, quia tunc Princeps præsumitur uoluisse uti iure speciali, ut ait Alciat. in reg. 3. præsumpt. 36. numero 9. versi. & propterea, de præsumpt. et Menoch. in dicta pręsumpt. 12. num. 5. versi. declaratur tertio.

Quia respondetur, hanc traditionem non esse ueram in casu isto propter actus repugnantiam, & contrarietatem, quæ illũ uitiat, ut superius probaui, & ita uidetur innuere Menoch. in d. præsumpt. 6. nu. 6. versi. secundus est casus, lib. 6. de præsumpt.

Non obstant ea, quæ in principio quæstionis adducta fuerunt in contrarium, quia procedere possunt, quando post clausulas, de quibus supra, non sunt apposita verba, iustitiam faciat, prout quando dictum esset, talis summarie sola facti ueritate inspecta, decernat, iudicet, pronunciet, diffiniat aut terminet, vel decidat causam, secus vero quando inserta sunt verba in fine rescripti, iustitiam faciat, quorum natura

est,

est, vt iuris ordo seruetur, & non intelligatur recessum a iure communi, per ea quæ supra dixi, quibus addo Blanc. in tractat. de compromiss. quęstione prima, numero 41. versicul. & in primis.

Dicendum itaque est hoc in casu, Principem rescripsisse non quod uelit, ut ordo, & solemnitas iuris ciuilis nō seruetur, sed po-
19 tius ad importunitatem petentis, prout in dubio † sic præsumitur, ut ait Bart. in l. 1. nu. 9 vers. quęro vtrum intelligatur. C. de pe tit. bon. sublat. & in. l. si quis iniquum, uersi. quid si non appareat. ff. quod quisque iur. & ibi las. nume. 2. versi. item adde istum textum, & Dec. sub num. 5. uersi. & in dubio, & Menoch. in præ
20 sumpt. 13. nū. 1. lib. 2. de præsumpt. & † quando Princeps rescribit, uel aliquid concedit contra ius, præsumitur per importunitatem partis rescripsisse, & concessisse, ut ait Gail. in obseruat. 58. sub num. 9. lib. 2.

Et tanto magis hoc dicendum est, quando Princeps rescribe-
21 ret ad instantiam partis, quia † tunc præsumitur potius motus per importunitatem, quam ex iuxta est, rationabili causa, ut ait Socin. consilio 164. visa bulla Bonifacij, numero 11. uol. 2. Quo
22 casu † cessat præsumptio instæ causæ, quæ in Principe esse solet, ut ait Roman. in consilio 436. quod indultum, numero 19. versiculo & si dicatur, & Dec. in d. l. si quis iniquum, numero 5. versiculo & paria sunt. ff. quod quisque iur. & Ruin. in consi. 41. de duobus, num. 23. & in consi. 175. visa donatione, nu. 12. versi. nam dum dicitur, uol. 1. & Marsil. in sing. 6. in Principe, & Grammat. in decis. 65. excellens Comitissa, num. 31. et Menoch. in præsumpt. 11. num. 32. versi. declaratur quarto, lib. 2. de pręsumpt. & Pract. Papiens. in forma opposit. contra instrum. in verbo, contra ius elicita, nu. 1. ubi subdit, quod in hoc debet discretus iudex semper aduertere, licet secundū ipsum hodie iudices claudant oculos, est studeant complacere, & ad literam, prout stant ipsa rescripta seruare, subdens, etiam, hoc non esse faciendum. In hoc
23 proposito, † summe laudandus est Illustrissimus, & Excellentiss. D. Franciscus Gonzaga Marchio Castioni a Stiuerijs Dñs mihi perpetuo colendus, qui dum essem suus locumtenens, & Pretor in suo Marchionatu, & ipse esset in Aula Cæsarea, iussit per suas literas, quas penes me habeo, quod si contingeret aliquid scribere, quod mihi videretur scrupulosum, supersedere deberem executionem commissionis, & illi rescribere causas, & rationis, qui postea deliberasset, quæ res maxime notanda fuit in Principe tunc minore uigintiquinque annis uti iustitiæ amantissimo, & studiosissimo, ad exemplum fere Antiochi tertij Asiæ Regis, qui omnibus Regni sui Vrbibus scripsisse dicitur, quod si quid in literis, quæ eius nomine

ſcriberentur, eſſet quod legi aduerſari videretur, crederent ignaro ſe huiuſmodi literas ſcriptas fuiſſe, & propterea eis non parerent. Et prædicta ẽt notãda ſunt a ſecretarijs, & cancellarijs Principum, vt ſciant concipere reſcripta, ita vt verba, ſola facti veritate inſpecta, ſuum operentur effectum.

ARGVMENTVM.

Iudex an virtute clauſulæ, ſola facti veritate inſpecta poſſit credere probationi veriſimili, & perſuaſiuæ, & non concludenti?

SVMMARIVM.

1 *Iudex virtute clauſulæ, ſola facti veritate inſpecta, poteſt credere probationi veriſimili, & perſuaſiuæ, licet non concludenti, ex communi.*

2 *Et idem quando commiſſa eſt cauſa cum clauſula, ſine figura iudicij.*

Contrarium tenuit Author per totam quæſtionem.

3 *Concernentia defenſionem non cenſentur reiecta per clauſulam ſola facti veritate inſpecta.*

4 *Per clauſulam, ſummarie, de plano, ſola facti veritate inſpecta, non cenſetur receſſum à requiſitis de iuregentium, quominus ſiant legitimæ probationes.*

5 *Probatio non concludens non dicitur probatio.*

6 *Probatio debet neceſſario concludere.*

7 *Clauſula, ſummarie, de plano, & ſola facti veritate inſpecta, non operantur, niſi quoad ordinem, & modum procedendi.*

8 *Concernens qualitatem, & modum probationis non reſpicit ordinem iudiciarium, ſed deciſoria.*

9 *Probatio dicitur attingere merita cauſæ.*

10 *Statuta concernentia probationes, dicuntur concernere deciſoria.*

11 *Iudex tenetur iudicium ſuum conformare cum veritate, & ſecundum veritatem iudicare.*

12 *Iudex, qui habet cognoſcere ſecundum veritatem, debet amplecti illam veritatem, cui ius patrocinatur.*

13 *Probatio præſumptiua non attenditur, ſi veritas inſpicienda eſt.*

14 *Vnicus teſtis facit præſumptionem.*

15 *Vnicus teſtis probat ſemiplene.*

16 *Iudex, qui debet iudicare ſola facti veritate inſpecta, non poteſt dare ſidem plenam probationi vnius teſtis.*

17 *Habens potestatem cognoscendi, sola facti ueritate, inspecta, cognoscet tanquam Deus, tamen eius atbitrium debet esse limitatum per rationem naturalem, & positiuam.*
18 *Verba rescripti ubi possunt aliquid operari, restringuntnr, ut minus derogent iuri communi, quam sit possibile.*
19 *Partes possunt sibi præiudicare potestatem tribuendo Arbitris, seu Arbitratoribus definiendi de iure, & de facto.*
20 *Verbum, de facto, importat siue causæ cognitione, & sine probatione.*

QVAESTIO XXX.



IN causa supradicti de zobijs contra Vancinum discutiendum venit, vtrum iudex virtute clausulæ, sola facti veritate inspecta, possit credere probationi verisimili, & persuasiuæ, licet non concludenti.

1 Et licet videatur dicendum, quod † sic, vt voluit Bald. in l. solam, in fi. nu. 26. vers. nunquid quando iudex, C. de testib. & Dec. in consi. 11. nu. 20. vers. ad prædictorum, & in consi. 54. nu. 2. & in consi. 248. nu. 19. & in c. dilecti filij, nume. 19. de iud. & Aret. in l. eum qui, §. qui filius, in 2. notabili, versic. super quo vide, ff. de acquir. hæred. & huius opinionis fuit etiam Ias. in l. certi cõdictio, §. si nummos, num. 32. versi. primo quia, ff. si cer. petat. & Grammat. in consi. 89. tremendi, nume. 19. versic. & inde est, in ciuil. & Cacheran. in decis. 1. num. 30. & in consi. 15. pro resolutione dubiorum, numero 18. & Paseth. in consil. 21. in causa illustris, numero 2. & Franc. Aret. in consil. 84. diligenter, sub nu. 3. col. 3. & Blanc. in tract. de compromis. q. 1. num. 39. ver. infertur secundo, & Natta in cõsi. 142. omisso multiloquio, nu. 16. ver. quinimmo minor probatio, & Marsil. in singul. 494. probationes, & Asin. in prax. §. 3. cap. 18. num. j. & Aemilian. in consi. 67. omisso multiloquio, num. 2. versicul. attamen vbicunque, & Roland. à Valle in consi. 7. num. 36. volu. 3. & Mar. Anguissol. in consi. 40. visa apo-
2 cha, num 9. vers. accedit etiam, vbi † ampliat etiam quando causa est commissa cum, clausula, sine figura iudicij.

3 Attamen contrarium consului, quia † per dictam clausulam ea, quæ concernunt defensionem, non censentur esse reiecta, vt ait Alexand. in consi. 80. uiso processu, numero 15. versic. nec prę-
4 dictis, volum. 4. & quod † per clausulam summarie, de plano, sola facti veritate inspecta, non censeatur recessum a requisitis de iure gentium, quominus fiant legitimæ probationes, voluit Corne. in consi. quinto, viso processu, num. 10. versic. non enim per dicta verba, vol. 2.

5 Sed † probatio non concludens non solum non dicitur legitima probatio, immo nec probatio, vt ait Bal. in l. matrem, num. j.

C.de probat.& Dec.in consi.483.nu.23.& in consi. 109.num. 3.
6 quia † probatio debet de necessitate concludere. l. neq; natales. C.de prob.l.non hoc.C.vnde legit.c.in præsentia, de prob.
7 Præterea sciendum est,ꝙ † dictæ clausulæ nihil operantur,nisi quoad ordinem,& modum procedendi,vt ait Hieronym.Gab. in consi.33.Dominicus,nu.3.ver.nec refert,quod causa, vol.1.& Rimin.iun.in consi.30.in causa,nu. 8.vol.1.
8 Sed † id, quod concernit qualitatem,& modum probationis non respicit ordinem iudiciariū, sed decisoria,vt ait Georg.Natta in clem.sæpe.§ non sic tamen,in verbo,defensiones,versic.visis suprascriptis,sub num.39.de verb.significa.& Natta in consil.575.crebrò adducitur,numero 8.& Bero. in quæstione 50.an statutum,num.1. versic. nam probatio,& dixit Neuizan.in consi.5.
9 misit tenebras, num. 8. quod † probatio dicitur attingere meri-
10 ta causæ,subdens,nu 9.quod † concernentia probationes dicuntur concernere decisoria.
Et ridiculum , & absurdum esset dicere,quod ille,cui cōmittitur causa cognoscenda sola facti veritate inspecta,non teneatur seruare leges,quæ respiciunt decisionem causæ,& iura partium, vt ait Natta in consi.15.proximis diebus,sub num.11.& in consi.521.dubitatur,nu.14.uersi.dicere autem,& Rimin.iun.in consi.30.in causa,sub nu.8.vol.1.
11 Rursus† iudex tenetur conformare iudicium suum cum veritate,& secundū ueritatem iudicare.l. illicitas, §.ueritas,ff.de offi.præsid.l.Imperatores,ff.de probat.Marsil.in consi.49.num.22 & Ang.in l.nemo,in prin.uers. & ideo iudices. C.de sent.& interlo.omn.iud.& Corn.in consi.61.uisa copia,nu.11.uol.3.
12 Sed ille,qui † habet cognoscere secundum veritatem , debet amplecti illam ueritatem, cui ius patrocinatur,ut ait Bald.in d.l. nemo,num.4.& Natta in d.consi.585.num.11.uersi.& ultra superius dicta,& Par.de Puteo in tractat.de syndicat.in uerbo,sententia,cap.utrum iudex,sub num. 13.& Marant.in tract.de ordi. iudic.in 9 distin num.39.uersicu. unum tamen est sciendum,in 4.par.& iterum Natta in consi.15.proximis diebus,sub num. 11. uers.& ideo recte inquit Baldus, & in consil. 521. dubitatur,sub num.14.& Rimin.iun.in consi.30.in causa,numer. 9.versicul.& ideo,uolum.j.
Sed ius non patrocinatur,quod credatur probationi persuasiuæ,& non concludenti,tum quia probatio non concludens non dicitur probatio,& probatio de necessitate concludere debet,vt
13 dixi,tum etiam quia † præsumptiua non attenditur,si ueritas inspicienda est, ut ait Deci. in capitul. nouit , numero 140. de iudic.
14 Confirmo ēt prædicta, quia †unicus testis facit præsumptionē.
l.2.in

l.2.in fi.ff.quemad.testamen.aper.l.theopompus.ff. de dote præleg.c.fi.de iureiur. Farinac.in q.63.nume 50.lib.2.quæst.& commun.opin.crim.

15 Quinimmo † vnicus testis probat semiplene, vt ait Farinac. in dicta quæstio.63.num.50.vbi multis allegatis attestatur de communi opinione.

16 Sed iudex,qui † debet iudicare sola facti veritate inspecta non potest dare fidem plenam probationi vnius testis, vt ait Corn. in consi.163.viso puncto,nu.6.nu.7.nu.8.& nu.9.vol.2.& Ant.Gabri.in tit.de testib.conclus.1.nu.4.ver.vel etiam,& Rimin.iun.in consi.571.inquiritur,nu.28.versi.& idem si procedatur, vol.5.& in consi.733.arbitror.nu.29.ver.& idem si procedatur,volu.6.& Farinac.in q.63.nu.13.ver.amplia sexto,lib.2.quæst.& com. opi. crimi.licet contrarium dixerit Cauagnol.in decretal.25. Montisferrati.nume.1.

Addo quoq; id,quod scriptum reliquit Grammat.in cõsi.91.
17 in causa præsentationis,nu.26.ver.tamen,in ciuil.vbi dixit, ꝙ † habens potestatem cognoscendi sola facti veritate inspecta cognoscet tanq̃ Deus,tamen eius arbitriũ debet esse limitatũ per rationem naturalẽ,& positiuã,ergo iudex non poterit credere probationi nõ cõcludẽti,qa probatio debet de necessitate concludere, & ista ratio est de iure positiuo,l.neque natales.C. de proba.l.nõ hoc.C.vnde legit.c.in præsentia,de probat.

Amplius dico,ꝙ cũ clausula sola facti veritate inspecta possit operari,vt ordo iudiciarius videatur remissus, si sit concepta eo modo,quo dixi in præcedenti qõne,non debet etiam operari cir
18 ca merita causæ,quia † verba rescripti vbi possunt aliquid operari,restringuntur,vt minus derogent iuri cõmuni, quam sit possibile.c.1.& ibi Doct.de rescript.c.cum dilectus, de consuet. Cravet.in consi.172.nu.2.ver.hoc ita præsuupposito.

Et hanc opinionem,ꝙ virtute dictæ clausulæ sola facti veritate inspecta iudex non possit credere probationi persuasiuæ, & non concludenti,tenuit in indiuiduo Natta sibi contrarius in cõsil.585.crebro adducitur,per totum,dicens semper dubitasse de contraria opinione.

Nec obstant Doctores in contrarium superius allegati, quia fundãt se super dicto Baldi in l.solam,in fi.C.de testib.qui loquũtur,quando Arbitro,seu Arbitratori commissum est arbitrium de iure,& facto à partibus,quo casu potest inhærere conscientiæ ratione huiusmodi arbitrij, & credere probationi persuasiuæ qa
19 † partes possunt sibi præiudicare, & hanc potestatem tribuere Arbitris, seu Arbitratoribus, vt sic respondet Natta in d. consil. 585.nu.4.vbi numeris sequentibus id iuribus probat.

Addo ego,ꝙ in casu Baldi Arbiter,vel Arbitrator,cui ꝑ partes commissa

commissa est causa de iure, & de facto poterat credere probatio ni persuasiue, & non concludenti, propter verbũ de facto, quod
20 †importat sine causæ cognitione, & sine probatione, vt ait Bart. si verum dicit in consi. 82. punctus quæstionis, nu. 3. vol. 1. quem sequitur Blancus in tract. de, compromiss. q. 1. nu. 24. quæ res non cõcurrit in casu nostro, igitur ꝓ parte negatiua animose cõsului.

ARGVMENTVM.

Examinatur l. j. §. si iusserim, & l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acquir. possess. vnà cum dicto Porcij in §. interdictum, nu. 5. Instit. de rer. diuis.

SVMMARIVM.

1 *Iussus an requiratur una cum uisione rei emptæ & venditæ ad transferendum, & acquirendum dominium?*
2 *Ratio quandoque eadem est cum dicto.*
3 *Aspectus rei habetur pro traditione in contractibus.*
4 *Possessio rei in præsentia contrahẽtium existentis habetur pro tradita.*

QVAESTIO XXXI.

Dvbitatio, quam facit D. V. in causa Domini Sclaui super. l. 1. §. si iusserim, & l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acquir. possess. orta videtur ex verbis Porcij in §. interdum, nu. 5. Institu. de rerum diuis. qui leges illas adduxit ad probandum, quod res empta, & vendita dicitur tradita, & apprehensa, quando est in conspectu emptoris, & venditoris, quia, vt subdit, iussus habetur pro traditione, quasi quod
1 †iussus requiratur vna cum visione rei, & hoc videtur probari in dictis legibus per eum adductis, in quibus fit mentio de verbo, iubeo: in prima enim sic dicitur ad literam, si iusserim venditorem procuratori meo rem tradere, cum ea res in præsentia sit, videri mihi traditam, Priscus ait. In secunda vero sic pariter ad literam dicitur, si vẽditorem, quod emerim, deponere in domo mea iusserim, possidere me certum est.

Cæterum cum cogitassem super legibus, & authoritate prædictis, in eam deueni sententiam, vt iussus non requiratur, sed sola præsentia habeatur pro traditione, & apprehensione, præcedente tamen titulo habili, existimans, quod locus Porcij sit corruptus, vt dicamus, quod sicut dicitur, quia iussus locum apprehensionis obtinet, dicere velit, quia visus locum apprehensionis

nis obtinet,ita vt verbum,viſus,fuerit mutatum in verbo,iuſſus, & ſic teneo,quod aut liber ſit corruptus,& mendoſus, aut quod Porcius errauerit. Ad quod dicendum moueor triplici ratione,quarum prima eſt,quod ratio Porcij non reſpondet,nec conuenit eius dicto,prout eſſe debet,inquit enim , quod ſine traditione rerum dominia acquiruntur,quando præcedit titulus habilis ad translationem dominij, & ſequitur aſpectus oculorum voluntate domini,quia,vt ſubdit iuſſus locum apprehēſionis obtinet,ex quo apparet,quod ratio non conuenit, nec reſpondet dicto;ſed bene conueniret,& reſponderet,ſi diceretur, ſola præſentia rei habetur pro traditione præcedente tilulo habili, quia viſus locum apprehenſionis obtinet,poſteaquam non inconnenit,
2 quod† quandoque ratio ſit eadem cum dicto.§.filiusfamilias,Inſtit.quib.mod.ius patr.pot.ſol.& §.pater.Inſti.de teſtam.

Secunda eſt,quod d.l.1.§.ſi iuſſerim,& d.l.quod meo.§.ſi venditorem.ff.de acquir.poſſeſ. non probant, quod iuſſus requiratur,ſed contrarium ſuadent,præſertim d.§.ſi iuſſerim, vbi ſic dicitur,ſi iuſſerim venditorem procuratori meo tradere, cum ea res in præſentia ſit,videri mihi traditam,Priſcus ait. Ex quo apparet,quod iuſſus interuenit ex parte emptoris, & tamen ſi iuſſus haberetur pro traditione,opus eſset,vt iuſſus interueniret ex parte venditoris, qui rem tradere tenetur,non ex parte emptoris,qui rem recipere debet,& ideo non eſt curandum de verbo, iuſſerim,ſed de ratione,dum dicitur,cum ea res in præſentia ſit, ita vt ſola præſentia rei præcedente venditione habeatur pro traditione,maxime cum ſtare non poſſit, quod iuſſus fiat ex parte emptoris,vt dixi.

Tertia eſt ratio,quia ſi diceremus, quod iuſſus haberetur pro traditione,ſequeretur dicendum,non eſſe veram eorum opinio-
3 nem,qui dicunt,ſolum †aſpectum rei haberi pro traditione,nullam mentionem facientes de iuſſu, prout ait Bart.in l.2. nu.4. C. de acquir.poſſeſ.& ibi Ang.ſub nume.4.vbi ait, quod licet inſtrumentum dicat,talis dedit,vendidit,& tradidit,prout hodie communiter fit per tabelliones,tamen hæc verba non probant traditionem,ſaluo niſi contractus fieret in re,vel iuxta rem in conſpectu,& ſubdit,quod illud verbum tradidit,exponitur,ideſt habuit voluntatem tradendi,per quam ſolam nō transfertur poſſeſſio, vt ibi probat,ſubditque etiam,hoc eſſe menti tenendum, & ſic liquido apparet,quod quando fit venditio etiam per inſtrumentum,illud non ſufficit,ad hoc vt res dicatur tradita,niſi ſit in conſpectu contrahentium,qui habetur pro traditione, & idem tradit Salycet.in d.l.2.ſub nu.4.ver.vlterius iſta lex. C. de acquiren. poſseſ. vbi allegat d.l.1.§. ſi iuſserim.ff.eod. & tamen ſupradicti Doctores nullam faciunt mentionem de iuſsu, quam rem melius

lius præ cæteris docuit Tiraquel. in tract. de iure consti. possess. in
4 tertia ampliat. nu. 2. ver. & id quidem, vbi ait, quod †sola præsentia rei, dum contractus conficitur, id operatur, vt possessio tradita censeatur, per d. l. 1. §. si iusserim, & l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acquir. possess.

Et pro prædictorum confirmatione videri potest Gulielmus Benedict. in c. Raynucius, in verbo, mortuo itaque testatore, il 2. nu. 79. de testam. vbi ait allegando Porcium in loco supracitato, quod possessio sine reali apprehensione transfertur, vbi res, de cuius acquisitione agitur, est in præsentia acquirentis, qa tũc possessio solo uisu acquiritur, per d. l. 1. §. si iusserim, & d. l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acquir. possess.

Et ita responderi potest ad glo. Syluestr. Aldobran. in d. §. interdum, in glo. super verbo nuda, Insti. de rer. diuisio. vbi ait allegando dicto §. si iusserim, & d. §. si venditorem, quod iussus est loco traditionis.

ARGVMENTVM.

Processus an & quando sit nullus venia non petita in casu, quo peti debet?

SVMMARIVM.

1 *Socer non est vocandus in ius sine uenia.*

2 *Venia non petita an processus sit nullus? quòd non secundum Alex. Contrarium recitatur ibi.*

3 *Processus valet, si ille à quo venia est petenda comparuit, & non opposuit de uenia, secus quãdo est factus cõtra contumacẽ, uel inuitum, uel non comparentem, quia tunc est nullus secundum communem.*

4 *Iuramentum calumniæ non põt expresse remitti, & si remittatur processus est nullus, põt tamen tacitè remitti non exigendo illud à parte.*

5 *Venia est de substantia iudicij, si petatur, non si omittatur, uel tacitè remittatur.*

6 *Bart. declaratur.*

7 *Veniæ an renunciari poßit.*

QVAESTIO XXXII.

1 CLarissimi uiris est, quòd Hercules de Piceninis antequam vocaret †in ius socerum suum tenebatur petere veniam, quia socer obtinet locum parentis, vt ait Alex. in l. generaliter. nu. 1. ver. & inquantum. ff. de in ius vocan. & ibi Iacobin. de S. Georg. nu. 2. ver. in eadem glo. &

Aret.

Aret.in l.fi.sub nu.2.in fi.ver.& idem quando gener.ff.eo.& Purpurat.in rub.sub nu.2.C.eo tit.de in ius vocan.

2 Quæsitum ergo est,an † cum socer vocatus in ius a genero sine venia fuerit contumax in comparendo processus factus sit nullus? & Aduocatus partis aduersæ allegauit pro opinione negatiua Alexand. in consi.166. viso puncto,numero primo,volu. secundo, vbi concludit, processum valere,licet non fuerit petita veria, quia non est de instantia iudicij,ex quo per partem remitti potest, secus si esset de substantia iudicij,quia tunc non posset per partem remitti per iura ab eo allegata, & hoc mihi traditum fuit pro motiuo a iudice.

Contrarium tamen dixi,videlicet processum,in quo non fuit petita venia, esse nullum, vt ait Ang. Aret.in §.præterea,sub nu. 27.versi.aduersus tamen,Instit.de except.& Purpur.in rub.C.de in ius vocan. sub num.24.& nu.33.versi.sexto ampliatur,vbi ait,
3 hanc esse communem, maxime † cum socer fuerit contumax in comparendo, secus si comparuisset, & passus fuisset procedi, quia tunc valeret processus,vt ait Bart. in l. quanuis,nu.secundo, vers. vltimo dicit,ff.de in ius vocan.vbi dixit,quod quando processus est factus contra contumacem,vel inuitum,vel non comparentem, est nullus, secus si ille, a quo venia est petenda,comparuerit, & non opposuerit,quia tunc videtur consentire,& Cynus in l.qui in potestate,nume.primo, C.de in ius vocan.vbi ait, quod si vocatus in ius non excepit de venia,processus valet,quia videtur consentire,& Fulgos.in d.l.quamuis,nu.4.ff.eod.vbi ait, quod si inueniatur processus contra patrem,vel patronum, nec inueniatur petita venia, tamen tenebit iudicium,quia vt subdit num 5.ista exceptio debuit opponi per patrem,aut patronum in initio ante litem contestatã; quod si in initio non opposuit,videtur ex consensu suo conuentus: sed si processus esset factus contra absentem tãquam contumacem,processus ipse esset nullus, & ibi Iacobin.de S.Georg.nu.11.ver.quæro vlterius,vbi ait,quod aut processus fuit agitatus contra contumacem,& tunc nihil valet: si vero processus fuit factus contra eum, qui comparuit,& sponte litigauit nihil opponendo de non petita venia,tũc valebit processus,quia videtur renunciasse exceptioni sponte litigando, secus si opponat,& contradicat,vt ibi per eum.

Eandem distinctionem sequitur Capic. in decis. 56. in causa Pinti,num.6.vers quarto opponitur,& Alexand.in l.fi.nu.secundo,C.de in ius vocan. ubi dixit, Bartoli opinionem esse veriorẽ, & Ascan.Clemen.in tract.de patr.potest.cap.6.effectu,3.numer. 18.uers.sed ex supradictis quæro, vbi dixit, hanc esse communẽ, & veriorem opinionem.

Nec obstat Alex.in d.consi.166.nu.1.vol.2.tum quia est sibi contrarius,

trarius, vt apparet ex supradictis, tum etiam quia contra ipsum est communis opinio, vt dixi. Item quia sua ratio non est bona, nam clarum est, quod ea etiam, quæ sunt de substantia iudicij possunt si non expresse, saltem tacitè remitti per partem, vt pa-
4 tet † in iuramento calumniæ, quod non potest per partes expresse remitti, & si remittatur, processus est ipso iure nullus, tacitè autem omitti potest, & valet processus, vt quia iuramentum nō fuit exactum ab altera partium, & sic non fuit iuratum in toto processu, quo casu censetur tacitè omissum, quæ omnia probat per bona iura Marant. in titu. de iuramen. nu. 2. de ord. iudic. in 6. par. & Gail. in obseruat. 84. nu. 1. & nu. 2. lib. 1. obseruat.

5 Vt dicamus, quod † venia est de substantia iudicij, si petatur, non vero si omittatur, vel tacitè remittatur, vt ait Paris. ad Bart. in l. venia. C. de in ius vocan.

6 Et ita † potest intelligi Bart. in l. fin. versi. quæro pone. C. eo. vbi ait, quòd patronus volens potest citari sine venia, volens scilicet tacite, idest comparendo, & non excipiendo de venia, vnde si nō apparet contradictio patroni non irritatur processus.

Et ita etiam intelligi potest opinio eorum, qui dixerunt ve-
7 niæ † renunciari posse, scilicet tacite non expresse, & si Castrens. in l. fin. nume. 6. ff. de in ius vocan. dixerit expresse posse renunciari, tanto magis quia nulla lege probatur, quod pater volens possit citari sine venia, quia licet Bart. alleget Gul. de Cun. in d. l. fin. tamen ista lex, super qua se fundat, hoc non probat, siquidem loquitur de remissione pœnæ, quam patronus remittere potest, sed petitio veniæ non videtur, quod remitti possit à patrono, quia talis venia fundata est in reuerentia, & tali beneficio propter reuerentiam concesso renunciari non potest, vt ait Purpur. in rubr. C. de in ius voca. nu. 31. & in terminis Dec. in l. venia. nume. 10. & in l. qui in potestate sub nu. 4. C. eo. & ita resoluebam.

ARGVMENTVM.

In executiuis an currat instantia? post varias Doctorum opiniones Author tradit nouam distinctionē.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata extra instantiam est ipso iure nulla.*
2 *Instantia litis an in executionis currat? & dicitur. quod non secundum nonnullorum opinionem.*
Contrarium recitatur ibi.
Affertur quorundam distinctio minimè recepta ibidem uersi. alij sunt.

Nona

Nona distinctio Authoris sub nu. 4.
3 *Quilibet articulus propriam habet instantiam.*
4 *Instantia locum habet, ubi iudicis officium imploratur.*
5 *Verba in statutis proprie, non autem improprie sunt intelligenda.*
6 *In executiuis proprie non est instantia.*
7 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
8 *Instantia statutaria subrogatur loco instantiæ iuris communis.*
9 *Instantia statutaria regulatur, prout regulari solet instantia iuris communis. vide sub nu. 12.*
10 *Instantia statutaria est eiusdem naturæ, cuius est instantia iuris communis.*
11 *Subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur nec eius naturam sequitur, quando augmentum, uel diminutio facta est in subrogato.*
12 *Instantia iuris communis diminuta est per statuta Italię.*
13 *Paulus de Castro ab Authore reprehensus.*

QVAESTIO XXXIII.

NOtanda satis, atque difficilis est quæstio, nunquid in executiuis detur instantia? quæ sane quæstio est maximæ vtilitatis, quia si currit instantia, & † extra eam
1 sententia feratur, erit ipso iure nulla, vt ait Bald. in cõsi. 298. præmittendum est, nu. 1. volu. 3. & Crauet. in consi. 270. in causa communitatis, sub nume. 3. versi. quarto in terminis, & Bart. in l. properandum, nu. 6. in fine. C. de iudic. & ibi Alexand. nume. 22. versi. iuxta prædicta, & Ias. nu. 26. versi. in quinta parte, & Cęsal. in consi. 507. nume. 19. volumi. 4. & Mandell. de Alba in consil. 96. præter illa, nume. 1. volumi. 1. & Roland. à Valle in consi. 82. nu. 3. volu. 4.

In proposita igitur quæstione tres fuerunt Doctorum opi-
2 niones, prima fuit eorum, qui † dixerunt, in executiuis nullam dari instantiam, cum nulla fiat litis contestatio, vt voluit Angel. in l. litibus. C. de agricol. & censit lib. 11. & ibi Barr. nume. 7. versi. vnde in casibus, quem sequitur Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, quæst. 10. in fin. ff. de pact. & in l. 1. §. 1. nume. 5. ver. quia vbi petitur. ff. si quis iusdicent. non obtemper. & Aret. in c. venerabilis, in fi. de iudic. vbi dixit post Baldum, quod in executiuis proprie non est instantia litis, maxime quando non expectatur diffinitiua, & idem confirmauit Bald. in l. consentaneum, in fi. C. quomo. & quan. iud. & in l. 2. nume. 5. versi. modo quæro. C. de execut. rei iud. & Lanfranc. de Oriano in clemẽ. sæpe, nume. 13. ver. omnis causa, de verb. significat.

Contrariam sententiam sequutus est Paul. de Cast. in l. 2. §. quod

quod obseruari, nume. 11. ver. & ex hoc sequitur. C. de iureiurã. propter calum. vbi dixit, quod si petitur executio instrumenti ex forma statuti, licet non procedatur ordinarie, sed executiue nec detur libellus, nec fiat litis contestatio, sed solum producatur instrumentum, & petatur verbo executioni mandari, & partem citari ad dicendum causam, quare non debeat executioni mandari, si comparet, & contradicit, ipsa contradictio vim contestationis habet, & ex tunc dicitur incipere instantia, & debebit iurari de calumnia, & nisi expediatur infra tempus præfixum à statuto, non poterit expediri postea, licet non expectetur sententia diffinitiua, sed interlocutoria, & hoc idem repetiuit in d. l. properandum, nume. 6. versi. sed pone. C. de iudic. vbi ait, quod si petitur executio sententiæ, vel instrumenti ex forma statuti, & pars citata contradixerit, tunc à contradictione incipit currere tempus præfixum à statuto, quo finito lapsa erit instantia, & oportebit executionem de nouo petere, & subiungit, quod ita iudicari uidit.

Quam opinionem, vt scilicet instantia detur à die contradictionis in causis, vbi lis non contestatur, tenuit quoque Cynus in dicta l. properandum, in fin nume. 5. C. de iudic. vbi ait, quod in litibus, in quibus non fit litis contestatio vel per ius commune, vel per ius municipale, tempus instantiæ finiendæ computabitur à tempore contestatæ controuersiæ, cui sententiæ pariter accessit ibi Salycet. in princ. affirmans, quod in causis, in quibus lis contestatur, instantia causæ incipit à tempore, quo fit prima contradictio super meritis causæ, & hoc idem notauit ibidem Angel. in primo notab. & Bartol. ibi. §. 1. in princ. & pulchre Bald. in l. 1. nume. 3. C. de iureiur. propt. calum. vbi notat, quod
3 †quilibet articulus causæ propriam habet instantiam, & sequitur Foller. in prax. censual. in verbo, quæ quidem executio, sub nume. 36. & Georg. Natta in clemen. sæpè. §. quæ omnia, in 5. princip. quæstione, sub nume. 45. ver. ex quibus apparet, vbi ait, quod quilibet articulus causæ habet propriam instantiam duraturam quantum durat terminus ad illum articulum expediendum, se remittens ad Ant. de Canar. quoniam vt subdit Baldus in loco nuper citato, vbi est contradictio, ibi est instantia, & inferens ad executionem instrumenti, dicit, quod quamuis antiqui Aduocati dixissent in eius executione nullam adesse instantiã, tamen ipse subdit contrariam opinionem esse veriorem, nam cum in tali causa sit iurandum de calumnia, & ex quo ventilatur causa per contradictionem partium, merito ibi dicitur esse instantia, quæ incipit currere ab ea die, qua de meritis causæ cœptum est tractari, quod idem rursus notauit Bal. in d. l. properandum. §. & si quidem, in princ. C. de iudic.

Hanc eandem sententiam amplexus est quoque Rom. in cõ si.74 amplissime Doctor,nu.5.versi.q̄ autẽ in proposito, vbi ait, quod præsupposito,q̄ in executione instrumenti vera litis conte statio non interueniat,ficta tamen interuenire dicitur, quia contradictio partis super meritis causæ loco contestationis habetur, subiungens hanc firmam opinionem, quam pariter tenuit Foller.in prax.censual.in verbo,quæ quidem executio,nu. 35. ver.& quia dicitur,& Alex.in consi.50.visis actis,nu.7.ver. præterea & fortius,vol 2.& ibi Natta in addit.& Afflict.in decis.346. in quadam causa,sub nu.6.versi.sed contrariam,& Ias.in l.properandũ, sub nume.8.versi.breuiter tene contrariam opinionem,& nu.9. C.de iudic.& Socin.in consi.95.capiendo,nu.2. volu.1.vbi dixit, hanc esse magis communem opinionem,pro qua subdit, se vidisse consultum per doctissimos viros,& hãc opinionem defendit multis rationibus Georg.Natta in clem.sæpe.§. quæ omnia, in 5.princip.quęstione,sub nu 44.de verb.significat.ubi dixit hãc esse veriorem, & magis communem opinionem, idem dixit Afin.in prax.indic.in princ.c.3.nu.35. cum seq. præsertim nu.42. cum qua transiuit Mandel.de Alba.in consi.96.præter illa,nu.7. vol.1.vbi ait,quod secundum communes conclusiones Doctorum omnis causa,& omnis lis habet instantiam, etiam si sit causa minima,vel extraordinaria,vel summaria,& etiam si sit mera executio,& Borgnin.in decis.17.& in decis.10.nu.32. vbi attestatur de magis communi,& Marant.de ord.iud.in 5. par. princ. in principio,nu.4.ver.quid autem in causis,& Felin.in c. venerabilis,nu.23.versi.instantia,de iudic.vbi ait, hanc esse veriorem opinionem,reiecta quadam limitatione Baldi,& Romani, qui dicebant,non currere instantiam,quando petitur executio simpliciter alicuius instrumenti,vel sententiæ,secus quando in executiuis producitur libellus,& fit litis contestatio,quia, vt ipsi subiungebant,tunc currit instantia.

Alij sunt, qui dixerunt, quòd aut executio petitur actione in factum, & tunc causa executionis habet instantiam; aut petitur officio iudicis,& tunc non currit, quia officium iudicis est perpetuum,& hanc distinctionem sequitur Bald.in l.prima.§. is videtur,sub nume.5.ff.si quis ius dicen.non obtemper. & in l.si causam,nume.5.versi.modo quæro, C. de executio. rei iudi.& Pract.Papiens.in forma execut.senten.diffinit.in gloss. faciendo, nume.3.versi.amplius vidi dubitari,& Afflict. in decisio. 346. in quadam causa sub nume.12. versicu.quare, vbi ait, sic votatum fuisse, & conclusum in consilio, & Curt.iun. in tracta. de iureiur.propter calum.in princip. nume.13. nume.14. nume.15. & numero 16. vbi dixit ita legendo, & consulendo transiuisse, qui etsi alteram distinctionem attulerit, dicens eam satis

L aquam,

æquam, attamen subdit, quod non recederet à supradicta distinctione.

4 Quæ tamen distinctio non videtur tuta, tum quia † vbi imploratur officium iudicis, habet locum instantia, vt ait Abb. in c. venerabilis, sub nume. 28. in fin. de iudic. & Georg. Natta in clemẽ. sæpe. § quæ omnia, sub nume. 45. versi. aduerte tamen, de verb. significat. tum etiam quia lex inuenit implorationem officij iudicis pro celeriori causarum expeditione, ergo ne resultet contrarius effectus, dicendum erit, instantiam in eo locum habere, & hoc argumento ad reprobandum suprascriptam distinctionẽ vsus est Georg. Natta in loco proxime citato.

Ego ad euitandas contrarietates dico, quod aut loquimur in instantia à iure communi inducta, & tunc procedit opinio affirmatiua, modo tamen adsit contradictio partis, vel in contumaciam habeatur pro contradicente vigore iuris municipalis, Aut loquimur in instantia à statuto inducta, & tunc procedit opinio
5 negatiua, ratio est, quia † in statutis verba debent intelligi proprie, non autem improprie, & ficte, vt dixi in quæstione 22. nume. 6. lib. 1.

6 Et † in executiuis proprie non est instantia litis, vt ait Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocanit, quæst. 10. in fin. ff. de pact. & Aret. in c. venerabilis, in fi. de iudic. & Roman. in consi. 174. amplissime doctor, nu. 5. versi. quod autem in proposito, & Afflict. in decis. 346. in quadam causa, nu. 6. ver. hæc opinio.

Nec obstat Georg. Natta in d. clemen. sæpe. §. quæ omnia, sub nume. 45. ver. amplia etiam, de verb. significat. vbi ait quod opinio affirmatiua, de qua supra, habet locum non solum in instantia iuris communis triennali, sed etiam in alia instantia mi-
7 nori subrogata loco illius triennalis per statutum, quia † subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testamen. lib. esse iuss. fuer. c. ecclesia, il j. vt lit. pendent. Menoch. in cas. 256. agitata diu, nu. 39. de arbitr. iud. & plenissime Euerard. in loco à
8 ui subrogat. num. 1. in sua topica legali, & ideo dicitur, quod † instantia statutaria subrogatur loco instantiæ iuris communis, vt ait Honded. in consi. 24. sententia, nu. 12. ver. secundo considerandũ est, volumi. 1. & Roland. à Valle in consi. 21. sententia, nu. 7.
9 volumi. 3. & † regulatur, prout regulari solet instantia iuris communis, vt ait Honded. in d. consi. 24. num. 13. volumi. 1. vbi etiam
10 subdit nu. 14. versi. cum enim, quod † instantia statutaria est eiusdem naturæ, cuius est instantia iuris communis.

Quia respondeo, quod subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, nec eius naturam sequitur, quando
11 † augmentum, vel diminutio facta est in subrogato, cum nouus

actus

actus cenſeatur, vt ait Calcan. in conſi. 85. viſo caſu, ſub num. 8. & Menoch. in q. 54. nu. 34. de arbitr. iud.

12 Sed † in omnibus locis Italiæ diminuta eſt inſtantia iuris com munis per ſtatuta, vt ait Marian. Socin. iun. in l. 1. ſub num. 126. ff. ſolut. matr. ergo inſtantia iuris municipalis non eſt ſubrogata in locum inſtantiæ iuris cõmunis, ſed nouus actus, nouaque diſpo ſitio cenſeri debet, & per conſequens non procedit argumentatio à vi ſubrogationis.

Præterea non eſt verũ, ꝙ in omnibus inſtantia ſtatutaria reguletur, prout regulatur inſtantia iuris cõmunis, licet in multis ſic, vt ait Cauagnol. ſuper decret. Montisferrat. decret. 7. § 2, nu. 4. & nu. 5. vbi nu. ſeq. nonnullas differentias notat inter inſtantiam legalem, & inſtantiam ſtatutariam.

Et ex ipſa diſtinctione à nobis nouiter tradita, quam veram
13 arbitramur, deprehenditur † Paulum de Caſtro in locis ſuperius allegatis, non bene ſenſiſſe, dum dixit, quòd in executiuis incipit currere inſtantia ſtatuti à die contradictionis, quia cum in executiuis non ſit proprie inſtantia litis, eius opinio ſuſtineri nõ poteſt, vt habeat locum in ſtatutis, in quibus verba ſunt proprie intelligenda ſecundum ea, quæ ſupradiximus.

ARGVMENTVM.

Prohibitus portare arma, an puniatur, ſi per momentum temporis illa habuit, vel cum illis paruam moram traxit?

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus portare arma non punitur, ſi per momentum temporis illa habuit, vel cum illis paruam moram traxit, ſecundum aliquos.*
Contrarium tenet Author ſub nu. 4. ver. ego tamtn, cum nu. ſeq.
2 *Modica non ſunt in conſideratione.*
3 *Momentanea non curantur.*
4 *Parum & nihil æquiparantur.*
5 *Statuta, & conſtitutiones prohibẽtes delationem armorum ſunt factæ, ne ſequantur rixæ, & ſcandala.*
6 *Statutum puniens portantes arma non comprehendit portantes arma paruą, & minima, utputa paruum cultellum aptum ad ſcindẽdum pennas, vel incidendum panem ex communi.*
7 *Regula. l. qui ſic. ff. de ſolut. declaratur.*
8 *Non inuentus cum armis accuſatus de illorum portatione puniri pòteſt ſecundum aliquorum opinionem.*
9 *Momentum proprie dicitur, & eſt quadrageſima pars horæ.*
10 *Momentum accipitur quandoque pro una die.*

QVAESTIO XXXIIII.

1 Quæsitum est aliquando, nunquid† ille, qui per momẽtum temporis habuit arma in loco prohibito, vel cũ illis paruam moram traxit, debeat puniri vigore statuti, aut constitutionis prohibentis arma portari? In qua dubitatione Bertazzol. consuluit, quod nõ, in consil. 141. nu. 16. nu. 17. & nu. 42, & in consi. 331. num. 37. & sequitur Addit. ad Bertazzol. in consil. crim. 217. dubia subtiliter excitata, sub nu. 1. vol. 1. & Ioan. Bapt. Baiard. ad Clar. in q. 82. nume. 74. versi. item adde, lib. 5. senten.

2 Mouentur, quia† modica non sunt in consideratione. l. scio. ff. de in integr. restit.

3 Præterea quia† momentanea nõ curantur. l. qui sic. ff. de solu. Marsi. in consi. 136. consului proximis diebus, nu. 7. & nu. 13. cum seq. & in l. fi. nu. 156. ff. de iurisd. omn. iud.

4 Et† parum & nihil, æquiparantur. idem Marsil. in sing. 276. parum, & nihil & Cacheran. in decis. 71. nu. 52.

5 Ego tamen contrarium tenui, quia clarum est, quod† statuta & constitutiones prohibentes delationem armorum, sunt factę, ne quis alterum offendat, neuè sequantur rixæ, & scandala, vt ait Decian. in cap. 3. sub nu. 56. lib. 8. rerum crim. & ideo non est expectandum, quod quis portet arma, donec aliquem offenderit, vel donec rixæ, aut scandala sequuta sint, sed in tempore occurrendum est iuxta illud, principijs obsta. nam posset aliquis scelestus melius exequi mentem suam cupiens aliquem offendere, vt experientia rerum magistra sæpius nos docuit.

Nec obstat l. scio. ff. de in integ. restit. quia non facit ad propositum contra nos, ex quo loquitur de modicitate, quæ versatur circa rem, non de modicitate, quę versatur circa tempus, prout nos loquimur: at bene faceret ad propositum pro eo, qui portaret arma minima, puta paruum cultellum aptum ad scindendũ pen-

6 nas, vel incidendum panem, quia† statutum puniens portantes arma non intelligeretur de illis paruis. dicta l. scio. ff. de in integrum restit. §. prohibemus, in Authen. de armis, vbi hoc notauit expresse gloss. in verbo, minores, & Roman. in l. prima. §. occisorum, sub nume. primo. ff. ad Sillanian. & Sebast. Medic. in reg. quinta, in princip. nume. 13. in prima part. vbi nonnullis allegatis dixit, hanc esse communem opinionem, quam etiam tenuit ibi nu. 195.

Nec obstat etiam illa regula, quæ habet, quod momentanea

7 nõ curãtur, de qua in d. l. qui sic. ff. de solu. qa† illa ꝓcedit, vbi certi sumus de momento, secus aũt qñ possibile est, ꝙ illud, de quo querit, nõ sit momẽtaneũ, qa hoc casu lex curat de momẽto, vt

ait

ait sic declarans Ripa in l. cum filiofamilias, nu. 43. ff. de leg. j. sed possibile est, q deferens arma, illa detulisset per bonum spatium temporis, nisi fuisset detentus, & impeditus, ergo &c.

Et eodem modo responderi potest ad regulam, quod parum & nihil æquiparãtur, vt procedat, qñ certi essemus de paruo: sed secus quando possibile est, q illud, de quo agitur, non sit paruũ, quia tunc lex de paruo curat, vt superius dixi.

Et Doctorum traditio pcedere forsan posset, qñ quis accusaretur, q detulisset arma prohibita per momentum temporis, & sic constaret de animo deferentis, quod momento tantum tem
8 poris illa detulisset, dato quod †non inuentus cum armis puniri posset secundũ opinionem eorum, qui hoc voluerũt, de quibus per Clar. in §. fi. q. 82. statuto. 6. ver. quæro stat statutum. lib. 5. senten. & per Decian. in c. 4. nu. 5. ver. quid si fiat, lib. 8. rerum crim. vel secundum statuta, & constitutiones clare loquentes.
9 Illud autem sciendũ est, momentum †proprie dici, & esse quadragesimã partem vnius horæ, quia vna hora est vigesima pars diei, punctum est quarta pars horæ, & momentum est decima pars punct., & sic quadragesima pars horæ, vt sic cõputauit Ioã. And. in c. 1. sub nu. 7. de caus. posses. & propr. & Afflic. in cõsti. spe-
10 ciale, sub nu. 7. ver. & dicit Abb. lib. 2. licet aliquando† momentũ possit accipi pro vna die, vt ait M. Anton. Bard. in tract. de temp. vtil. & cont. c. 2. nu. 1. per text. in l. omnes. C. de fer.

ARGVMENTVM.

Statutum pœnale prohibens fieri alienationem immobilium in forensem, habet locum etiam, vbi alienatio fit à forense in forensem, contra Ripam, & sequaces.

SVMMARIVM.

1 *Statutum pęnale prohibens fieri alienationem immobilium in forensem, non habet locum, vbi alienatio fit à forense in forensem secũdum Ripam, & sequaces.*
Contrarium tenuit Author nu. 3. & seq.
2 *Cessante ratione statuti cessare debet ipsius dispositio.*
3 *Verba ubi sunt clara, non est admittenda dubitatio.*
4 *Rationes statuti prohibentis alienationes in forenses quot, & quæ sint? & sub nu. 5. & sub nu. 17.*
5 *Reipublicæ interest habere subditos locupletes.*
6 *Statuentes præsumuntur moti pluribus rationibus.*

7 *Rationes vel causæ finales vbi sunt duæ, vel plures, vna tantum illarũ cessante non cessat effectus, vel dispositio.*
8 *Causa in dubio præsumitur impulsiua, & non finalis ex communi.*
9 *Qui vult dicere effectum cessare ex cessatione causæ debet probare ipsam causam fuisse finalem.*
10 *Cessante causa impulsiua non cessat effectus, vel dispositio.*
11 *Quando dubitatur, an causa sit finalis, vel impulsiua, tunc ea cessante non cessat effectus, vel dispositio.*
12 *Causæ, quæ concernunt publicam vtilitatem in dubio censentur finales.*
13 *Argumentum an cessante causa cesset effectus in impulsiua, aut finali est brocardicum.*
14 *A brocardicis non licet arguere.*
15 *In materia brocardica certum fundamentum non constituitur.*
16 *Regula cessante causa procedit solum, vbi causa expressa est in lege, vel statuto, secus quando est tacita, & in mente retenta.*
17 *Ratio vbi vna sola reddi potest, illa pro expressa habetur, qua cessante cessat lex.*
18 *Doctores quandoque sunt tanquam aues, aut oues, quarum una quando volat, aut quo cursum dirigit, omnes aliæ sequuntur.*
19 *Statutum non comprehendit forenses, nec ad eos extenditur etiam respectu rerum existentium sub iurisdictione statuentium, vbi tale statutum loquitur in personam.*
Contrarium sub nu. 20. ver. immo multi, ex magis communi.
20 *Statutum ne fieri poßit alienatio stabilium in forenses loquitur in rem ex communi, & veriori, & ligat forenses.*
21 *Statutum prohibens alienationem stabilium in forenses fuit conditum ob publicam vtilitatem, & ideo censetur fauorabile, & per consequẽs latè interpretandum, & extendendum est ad forenses, licet sit pœnale, & videatur odiosum.*
22 *Statutum prohibens alienationem stabilium in forenses dicitur exorbitans tantum à iure communi, non autem eius correctorium.*
23 *Verba legis, aut statuti ubi non conueniunt, non cõuenit eius dispositio.*
24 *Experientia est rerum magistra.*
25 *Quando aliquid exprimitur gratia frequentioris contingentiæ non excluduntur alij casus non tam frequentes.*

QVAESTIO XXXV.

1 STatutũ † pęnale inhibens fieri alienationẽ immobiliũ in forensem nõ habet locũ, vbi alienatio fit à forense in forẽsẽ, vt ait Ripa author huius opinionis in resp. 4. peroptassem, nu. 11. tit. de iuregentiũ ciuili, siue statutis, quem sequitur Plot. in cõsi. 108. nu. 17. ver. quarto dicta cõstitutio, inter cõsilia crim. diuers. vol. 1. in paruis, & Bursat. ĩ cõs. 8. in

in causa,nu.27.ver.facit quod dicitur,volu.1.& Surd.in consi.48. contra amicum & affinem,nu.27.vol.1.& Rimin.iun. in consil. 640.proponitur,nu.12.vol.6.& D.Io.Bapt.Loderch.in consi.63. & si,nu.4.vol.1.

Quia ratio statuti cessat in forense vendente bona, quæ habet in territorio statuentium,cum ipse non subsit iurisdictioni, & nō sustineat.onera,vnde alienando in alium forensem non derogatur publicæ vtilitati,quę fuit causa motiua statuentium,cessante
2 †igitur ratione statuti cessare debet ipsius dispositio. l. generaliter.C.de epis.& cler.c.cū dilecta,de confir.vtil.vel inutil.c. cū cessante,de appel.qua rōne motas est Ripa in loco supracitato.

Ego etsi nemo quod viderim discrepet ab opinione Ripæ, de ea tamen in scriptis quandoque dubitaui,vt scit excellentiss.Iurisconsultus Alexius Chiapponus boni nominis Aduocatus Mātuanus,quia statutum videtur clare disponere,alienationem immobilium non posse fieri in forēsem,ad hoc vt statuto locus sit,
3 &†cum verba sint clara,de hoc non est dubitādum. l. cōtinuus. §.cum quis.ff.de verb.oblig.cum simi.

Pro cuius rei maiori cognitione sciendum est, huiusmodi statutum prohibens alienationes in forenses conditum fuisse duabus rationibus,& causis ast vnum tendentibus, videlicet ad pu-
4 blicam vtilitatem,quarum prima est, vt†facilius, & cōmodius districtuales,& subditi onera, & factiones sustinere valeant, & collectas soluere,vt ait Roman.in consi.509.circa propositā cōsultationem,sub nu.11.ver.cæterum hoc subiungo, & Ripa in l. filiusfamilias.§.diui,num.102.ver.si tamen statutum.ff.de leg.1. & Soci.iun.in consi.3.videtur prima fronte,num.21.ver.secundo hoc idem,vol.3.& Menoch.in consi.603.de prima, sub num.16. ver.nam constitutio,vol.6.& And. Gail.in obseruat.19. sub nu.2. lib.2.pract.obser.

Altera est,vt bona inter subditos statuentiū cōseruentur,cum
5 †Reipublicę intersit habere subditos locupletes.§.fi.Insti.de his, q sunt sui,vel alien.iur.& hāc rōnē cōsiderauit Cur.iun.in cōs.7. videret prima cōsideratione,sub nu.14.ver.cōfirmātur pmissa,& Calcan.in consi.126.quantū ad primū,sub nu.4.ver. & ideo.

Licet hæc ratio respiciat secundario publicam vtililatē, vt ait Rimin.iun.in consi.575.nu.52.ver.at nos versamur,volu.5.& in consi.640.nu.107.vol.6.

6 Et†statuentes præsumuntur moti pluribus rationibus,nō vna tantum,vt ait Alciat.in præsumpt.24.nume.3.versi. & vbi statutum,reg.1.de pręsump.

Quocirca dato citra veritatis pręiudiciū, ꝙ cessaret prima ra-
7 tio,nō tamen cessat secūda,& ideo†quando duæ, aut plures sunt rationes,vel causæ finales,vna tantum illarum cessante, nō cessat

effectus, vel dispositio, §. affinitatis, Instit. de nupt. Ioan. Andr. in cap. post translationem, num. 29. versi. finalis causa, de renuncia. & Bellam. in cap. & si Christus, num. 4. sub versi. secundo quæritur, de iureiur. & notat Bart. in l. liberorum, num. 1. ff. de his, qui not. infam. & Imol. in l. si non lex Aelia sentia, sub nu. 2. versic. & bene facit. ff. de hæred. institu. & Euerard. in sua topica legali, in loco a cessatione rationis, sub nu. 5. ver. secundo istud limitatur, & Bal. in l generaliter, sub nu 5. ver. vbi tamen. C. de episc. & cle. & Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 22. nu. 1.

8 Nec me mouet, quod † causa in dubio præsumatur impulsiua, & non finalis, vt ait gl. in l. 2. §. Titio decem, in verbo, causa, ver. in dubio autem. ff. de donat. & Dynus in c. decet, nu. 6. versi. sed si dubitatur, de regu. iur. in 6. vbi Addit. multos allegat hanc eandem opinionem sequentes, quam esse communem tradit Tiraq. in d. tract. cessante caus. limit. 1. nu. 48. ver. sunt & qui simpliciter, & Cynus in l. generaliter, sub nu. 6. ver. sed quæ causa. C. de episc. & cler. & Ang Aret. in §. in illis aũt, nu. 2. Instit. de test. milit. vbi nu. 3. subdit, ꝙ in dubio cessante causa non cessat effe-
9 ctus, & † qui vult dicere effectum cessare ex cessatione causæ, debet probare ipsam causam fuisse finalem.

Quia aut volumus, causas, vel rationes statuti esse impulsiuas,
10 & † tunc ipsis cessantibus, non cessat effectus, vel dispositio, ut ait Dynus in d. c. decet, sub nu. 5. uersi. sicut esse impulsiuam, de reg. iur. in 6. & ibi Franc. in princip. uersic. quid autem si cessat causa, & Salycet. in l. generaliter, sub nu. secundo, uersi. aut quæritur de causa impulsiua. C. de episcop. & cler. & ibi Bald. num. 5. uersi. secundo oppono, & ante ipsos Dynus num. 4. versic. secundo oppono, & Bellam. in cap. & si Christus, num. 9. uersic. si dubitatur, de iureiur. & glos. in d. l. generaliter, in uerbo, derelictis, & Cefal. in consi 81. testator, nu. 8. vol. 1.

Aut volumus esse causas finales, & tunc una cessante non cessat effectus, uel dispositio, ut dixi.

11 Aut dubitatur, an causæ sint finales, uel impulsiuæ, & † tunc cessantibus illis causis, non cessat effectus, uel dispositio, ut scriptum reliquit Franc. in d. cap. decet, in prin. uersic. & idem si dubitatur, de reg. iur. in 6.

12 Sed uidetur dicendum, quod † causæ prædictæ sint finales, quia concernunt utilitatem publicam, ut ait Ripa in d. resp. 4. numero 11. tit. de iure gentium, ciuili, siue statutis, & Alciat. in consi. 31. magnifici equitis, sub nu. 44. uersic. item limitatur, libro 9. quo casu rationes, uel causæ semper finales præsumuntur, ubicunque adest fauor publicæ utilitatis, ita sane tradit Cynus in l. generaliter, sub numero sexto, uersicul. secundo casu subdistingue. C. de episcop. & cler. et ibi Salycet. sub nu. 2. uer. aut ad validitatem,

ditatem,& Bald.sub numero 11.sub versi.secundo principaliter quæritur, & Bellam.in c.& si Christus, sub num.7.versi.& ideo Lambertus,de iuretur.& Tiraquel.in tract.cessante caus.limit.1. num.59.versi.tertio intellige.

13 Præterea sciendum est,argumētum † Ripæ,an cessante causa cesset affectus in impulsiua,aut finali causa,esse brocardicum,vt ait Salycet.in d.l.generaliter,sub numero 2.in fi.versi.si vero causa.C.de episcop.& cler. & Bal.in l.patre furioso,sub num.3.in 2. lect.ff.de his,qui sunt sui,uel alien.iu.& ibi Fulgos.numero 2.& Ias.numero 10.

14 Sed † a brocardicis non licet arguere, ut ait Corn.in consi.7. rudis,& incomposita, sub num.5.versi.non obstat, vol.1.quo-
15 niam † in materia brocardica certum fundamentum non constituitur,ut ait Cuman.in l.si quando,sub numero 10.in 1.lect.ff. de legat.1.& Marsil.in §.secunda, sub num.57.versi.ex quibus, & num.58.versi.pro quo facit, pract.crim.& Ang.de Vbald.in consi.355.quæstio,in principio, vbi ait, decisionem factam per viam brocardicam non esse tutam,& Pacian.in cap.25.num.98. lib.2.de probat.

Rursus animaduertendum est quoque, quod Ripa consuluit super statuto Mantuæ, vt patet in suo responso,& tradit Rimin. iun.consultus super eodem statuto in consi.640.nu.12.versi.secundo principaliter,uol.6.in quo statuto nulla est expressa ratio, ut ipse Rimin.iun.attestatur ibi nu.108.& ideo argumentatio
16 Ripæ non procedit,quia † illa regula,cessante causa procedit solum,quando causa expressa est in lege,aut statuto,secus quando est tacita,& in mente retenta, ut ait Tiraq.in d.limit.21.nu.1.

17 Et si diceretur,quod † quando vna sola ratio reddi potest, illa habetur pro expressa,qua cessante cessat lex, ut ait idem Tiraquell.in d.limit.21.num.7.& num.8.

Replico,quod in statuto,de quo verba facimus, duæ sunt rationes,quas superius commemoraui,& plures recenset Rimin. iun.in consi.707.sub num.41.versi.sexto moueor,vol.6.& in terminis statuti Mantuani plures adduci posse tradit idem Rimin. iun.in consi.640.num.107.num.108.& num.199.uol.eo.6.

Et in dubio statuentes præsumuntur moti pluribus rationibus,non vna tantum, ut dixi per Alciat.in præsumpt.24.num.3. versi.& vbi statutum, reg.1.de præsumpt.& Socin.iun.in rub.ff. sol.matr. nu.77.vbi propterea subdit, quod dicenti vnicam incumbit onus probandi.

Quocirca non possum nisi ualde admirari, quomodo Ripa consuluerit,& quod peius est illum alij sequuti sint,maxime Rimin.iun.qui etiam dixit in dicto consi.640.num.14.vol.6.quod regula correlatiuorū nō habet locum,vbi cessat ratio statuti, de

quo

quo ſupra,cũ illa non ſit expreſſa,& plures adduci poſſint,ut dixi,
18 niſi dicamus,quod† Doctores quandoque ſunt tanquam aues, aut oues,quarũ vna quando notat,aut quo curſum dirigit, omnes aliæ ſequuntur,ut ait Corat.in tract.de commun.opin.in pręfat.num.4.vbi multos allegat,ſubdens iccirco, quod Doctores, id tanquam veritatem approbant, & ſequuntur, quod ab vno Doctore firmatur.

19 Nec obſtat ſi diceretur,ſtatutum †prædictum non comprehendere forenſes,nec ad eos extendi etiam reſpectu bonorũ exiſtentium ſub iuriſdictione ſtatuentium, cum tale ſtatutum loquatur in perſonam,ut ait Roland.a Valle in conſi.24.nu.22.vol.3.& Surd.in conſi.2.num.27.vol.i.

20 Quia reſponderi poteſt,quod†dictum ſtatutum comprehẽdit forenſes,ex quo loquitur reſpectu rerum in teritorio ſtatuentium exiſtentium,& ideo conſideratis rebus, ſuper quibus fuit intentio ſtatuentium diſponendi,ſuper eis potuerunt diſponere etiam contra non ſubditos,ut ait in terminis ſimilis ſtatuti Boſſ. in tit.de pœn. ſub num.43.verſi.tamen puto contrarium,vbi ſubdit,quod ordo, ſeu ſtatutum,ut non poſſit res alienari afficit rẽ, ubicunque fiat etiam extra territorium, & quod ſtatutum liget forenſes,quando loquitur in rem tradit Cefal.in conſi.309.quęſtio iſta,num.48.vol.3.ubi ait, quod ſtatutum licet videatur loqui in perſonam efficiendo homines,ne alienent in forenſes,tamen loquitur in rem,quia virtualiter,&principaliter diſponit de rebus præcipiendo res non poſſe alienari in forenſes, & Boſſ.vbi ſupra,ſub num.43. verſi. Sed quid ſi non ſubditus, & Socin.iun. in conſi.25.pro uera reſolutione, ſub num.12.verſi.demum iſta opinio,uol.3.vbi dixit,hanc eſſe communem opinionem,& veriorem,eamq; ſemper ſequutum fuiſſe,& pluries reſpondiſſe.

Immo multi dixerunt, quod ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam,includit ſemper forenſem, dummodo principaliter diſponat de rebus ſibi ſubiectis,quia alias lex eſſet impoſita verbis,non rebus, ut ait. Surd. in d.conſi.91.num.9.vol.j.& Cefal.in d.conſi.309.num.60.num.61.& num.62.vol.3 vbi putat,hanc pariter eſſe communem opinionem,& Roland.a Valle in conſi.24.num.14.verſi.circa ſecundum dubium, vol.3.vbi dixit,hanc eſſe magis communem opinionem, quam quoque magis communem appellat Beret.in conſi.143.verba decreti, num.j.& Burſat.in cõſi.198.num.42.vol.2.vbi ait, quod ſtatuta locorum,vbi ſita ſunt bona,attenduntur, ſiue verba ipſorum in rem,ſiue in perſonam dirigantur,nulla habita diſtinctione perſonarum,an ſubditæ ſint, an forenſes ex magis communi opinione,ſubdens num.43.hoc magis procedere,quando in rem diriguntur,addo Roch.de Curt.in.c.fi.ſect.8.num.79.verſi.præmiſ-

ſa

sa tamen, de consuet. ubi ait, non esse inspiciendum cum quo quis loquatur, sed in quem dispositionis effectus diriguntur, nã dato, quod statutum disponat circa res, statis, videtur prohibita persona, quia res se ipsam alienare non potest, subdens, non esse faciendam differentiam, an prohibitio contractus sit in rem, aut in personam.

21 Et multo magis† dictum statutum extendendum est ad forenses, quia certum est, quod fuit conditum ob publicam vtilitatem, vt ait Alciat. in consil. 31. magnifici equitis, sub nu. 44. versi. item limitatur, lib. 9. & Ripa in resp. 4. num. 11. tit. de iure gentiũ ciuili, siue statutis, & ideo censetur fauorabile, ut de vtroque tradit Rimin. iun. in consi. 707. sub num. 41. versi. sexto moueor, & n. 44. vol. 6. licet sit pœnale, et videatur odiosum, ut ait Marsil. in l. fi. num. 178. ff. de iurisd. omn. iud. & per consequens uti fauorabile respiciens, publicam vtilitatẽ late intepretandum, & extendẽdũ est, Dec. in c. quę in ecclesiarum, nu. 72. de constit. & in consi. 65. pro tenui facultate, nu. 2. & Socin. iun. in l. j. n. 56. ff. de legat. j. & in l. j. num. 424 ff. de acquir. possess. & Tiraquell. in l. si vnquã, in verbo, libertis, num. 61. versi. igitur, C. de reuo. donat. & Cefal. in consi. 309. num. 69. & num. 70. vol. 3. ubi num. 71. ampliat hoc, etiamsi statutum sit exorbitans.

Et quod licita sit extensio in exorbitantibus, quando materia est fauorabilis, prout ea, de qua loquimur, tradit in terminis Rimin. iun. in d. consi. 707. numero 44. & nume. 45. ubi etiam num.
22 43. dixit, quod † huiusmodi statutum dicitur exorbitans tantũ a iure communi, non autem eius correctorium, cum passim, & indifferenter non prohibeat alienationem bonorum in quoscũque, sed in forenses tantum, etsi antea aliter dixerit in dicto consi. 640 num. 9. uolum. 6.

Nec obstat, si statutum diceret, quod nulla persona districtualis, terrigena, uel subdita possit alienare rem immobilem in forensem, prout facit statutum Mantuæ, & sic si dicatur, quod cum fo-
23 rensis uendit forensi † uerba statuti non conueniunt, ergo non debet conuenire ipsius statuti dispositio. l. 4. §. toties, ubi Bar. numero vigesimoquinto, uersi. ultimo nota. ff. de damno infect. & Roman. in consi. 462. in fi. & Marsil. in l. qui falsem, nume. 66. ff. de fals. & in sing. 339. & Tiraquell. in l. si vnquam, in uerbo, libertis, numer. secundo, C. de reuoc. donat. & Socin. iun. in consi. 55. num. quinto, uolu. quinto, & in consi. tertio, uidetur prima fronte, num. 15. uersi. & pro regula dicimus, uol. tertia, & Rimin. iun. d. in terminis in consi. 640. nu. quinto, volum. sexto.

Quia respondeo, quod non est mirum, si statutum mentionem fecit de districtuali, terrigena, uel subdito statuẽtium, quia forte tempore conditi statuti nullus forensis possidebat bona immobi-

immobilia in territorio statuentium, & ideo statutum non potuit, nec debuit facere mentionem de forensibus vendentib. sed de districtualibus, terrigenis, uel subditis tantum.

Præterea dico, quod a communiter cõtingentibus plures numero sunt districtuales, terrigenæ, & subditi locorum possidentes immobilia in terris, & locis statuentium, quàm forenses, ut
24 docet † experientia rerum magistra, §. cumque hoc, in procem. Instit. & §. quæ omnia, Instit. de satisdat. Surd. in consi. 132. num. 23. uolum. primo, & Bec. in consi. 44. num. 6. Quapropter dicendum est, statutum mentionem fecisse de districtualibus ut supra, nõ de forensibus ratione frequentioris contingentiæ, &
25 † quando aliquid gratia frequentioris contingentiæ ponitur, nõ excluduntur alij casus non tam frequentes, ut ait gl. in auth. cassa, in uerbo, per Italiam, C. de sacrosẽ eccl. & in l. j. in uerbo, iudæi, C. de his, qui ad eccles. confug. & Roland. a Valle in consilio 72. numero 48. uolumine primo.

ARGVMENTVM.

Delinquens aufugiens ad Ecclesiam licet non possit capi, & extrahi pro delicto commisso, an possit armis vetitis, & prohibitis spoliari intra Ecclesiam.

SVMMARIVM.

1 *Delictum committens, & aufugiens ad ecclesiam licet non poßit capi, et extrahi pro delicto commisso, potest tamen armis vetitis, & prohibitis spoliari intra Ecclesiam secundum aliquorum opinionem.*

Contrarium tenuit Octau. Vulpell. cuius opinionem defendit, & comprobat Author sub nu. 2. & numeris seqq. contrarijs respondet.

2 *Armatus confugiens ad Ecclesiam non gaudet immunitate ecclesiastica.*

3 *Persona non solum extrahi non potest ab ecclesia, sed nec etiam eius bona subtrahi poßunt, immo rapiens aliquid excommunicari debet, nisi raptum reddat.*

4 *Arma regulariter sunt prohibita tam clericis, quam laicis, & tam intra ecclesias, quam foris.*

5 *Delinquens in ecclesia non gaudet immunitate ecclesiæ, secundum communem opinionem.*

Quod intelligitur uerum, si delictum sit graue, secus si sit leue, secundum communem opinionem, ibi.

6 *De consuetudine licitum, & honestum est arma portare, quæ consuetudo valet, nisi expreße prohibeatur a statutis, vel edictis Principum, vel Magistratuum.*

Commit-

7 *Committens delictum in ecclesia non ex proposito, sed casu fortuito, gaudet eius immunitate.*
8 *Voluntas, & propositum distinguunt maleficia.*
9 *Quod principaliter agitur, attenditur, non quod uenit in consequentiam.*
10 *Defensio uitæ licita etiam est in Ecclesia.*
11 *Seruus aufugiens in ecclesia cum armis an possit extrahi?*
12 *Delinquens tutus est in ecclesia, a qua non est extrahendus.*
13 *Lex ciuilis non potest in spectantibus ad ecclesiam statuere directe, nec indirectè.*
14 *De iure Codicis omnes ecclesiæ erant subiectæ Imperatori de iure, vel de facto, qui circa illas condebat leges; sicut hodie Papa.*
15 *Leges circa ecclesias conditę ab Imperatoribus non valent, nec habent locum de iure canonico.*
16 *Farinacius ab Authore reprehensus, eo quia uoluit armatum armis quorum delatio uigore particularis constitutionis meretur pęnam capitalem extrahi posse ab ecclesia.*
17 *Grauitas delicti cognoscitur ex grauitate pœnæ, ex communi.*
18 *Delatio armorum reputatur leue delictum.*

QVAESTIO XXXVI.

1 QVæro, an † ille, qui delictum commisit, & aufugit ad ecclesiam, possit armis uetitis, & prohibitis spoliari intra ecclesiam, licet non possit capi, & adduci pro delicto commisso? & Foller. tenuit, quod sic, in pract. crim. cano. in miscellan. cap. 37. nu. 30. versi. iudex laicus, & ante ipsum hoc uoluit Couar. lib. 2. uar. resolut. cap. 20. sub nu. 18. versi. trigesimo sexto his proxime accedit, & hanc opinionem sequitur Ioan. Bapt. Baiard. in addit. ad Clar. in § fin. q. 30. num. 4. versi. item adde, lib. 5. sentent.

Pro quo facit illud, quod notauit in fortioribus terminis Rebuff. in constit. Reg. tom 2. sub tit de immunit. eccles. art. j. glo. j.
2 num. 21. vbi ait, quod † armatus confugiens ad ecclesiam, non gaudet immunitate ecclesiastica, quem refert, & sequitur Ioan. Bapt. Baiard. ad Clar. in d. q. 30. sub num. 16. & Decian. in cap. 26. num. 10. versi. quid si non seruus, lib. 6. rerum crimin. & Couar. in d. cap. 20. sub num. 18. versi. trigesimo sexto his proxime accedit, lib. 2. uar. resolut.

Contrarium tamen tenuit in principali quæstione Octau. Vulpell. in tract. de libert. eccles. in j. par. num. 30. versi. illud præterire non possum, vbi ait, quod non potest assentire Follerio, nisi aliud allegetur, quia Doctores, quos adducit, non tangunt hanc quæstionem, subdens, ecclesiæ immunitatem hisce leuibus non esse violandam.

Ego

Ego vero & si Vulpell. nihil alleget, & Couar. a Follerio allegatus in loco mox adducto, tangat hanc quæstionem, adhæreo opinion. Vulpell. quam confirmo per textum in c. sicut antiqui
3 tus, 17. q. 4 vbi dicitur, quod † non solum ab ecclesia hominis persona extrahi non potest, sed nec etiam bona eius inde subtrahi possunt, quinimmo rapiens aliquid excommunicari debet, nisi quod rapuerit, reddat.

Et quia illæ rationes, quæ adducuntur per Doctores supra citatos in illa opinione, qua dictum est, quod armatus confugiens ad ecclesiam post delictum cum armis, non gaudet ecclesiastica immunitate, conferunt ad quæstionem nostram principalē, ideo eas recensere opera pretium est.

Dicunt enim, quod cōfugiens ad ecclesiam armatus, videtur magis cōfidisse in armis, quam in immunitate, ergo immunitate gaudere non debet.

Ego respondeo, quod si confidisset in armis, non confugisset ad ecclesiam, & melius satisfacit Decian. in cap. 28. sub num. 5. in fi. lib. 6. rerum crim.

Præterea dicunt, quod deferens arma in ecclesia deliquit,
4 cum † regulariter arma sint prohibita, & eorum vsus tam clericis, quam laicis, tam intra ecclesias, quam foris sit interdictus. l. j. C. ut armorū usus. lib. 11. §. pen. in Authen. de armis. c. clerici, de vita, & honest. cleric. Corn. in consi. 20. videtur in præsenti casu, num. 4. versi. si quis autem instaret, uol. 3. & Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 20. num. 69. versi. qua in re, & Duen. in reg. 55. in princip.

5 Et ideo † qui in ecclesia deliquit, non gaudet eius immunitate. §. quia vero ita comperiuntur, in Authen. vt matri, & auiæ. c. fi. de immunit. eccles. vbi omnes, c. ad episcopos. 17. q. 4. & Farinac. in q. 28. num. 52. lib. j. quæst. & commun. opin. crim. vbi multis allegatis dixit, hanc esse communem opinionem, quam cōmunem pariter dixit Decian. in cap. 28. nu. 5. lib. 6. rerum crim. vbi plene disputat, subdens, hanc opinionem esse veram, si delictum, quod committitur in ecclesia, sit graue, quicquid dicat Clar. in § fi. q. 30. versi. item quæro, lib. 5. senten. vbi dixit hanc communem sententiam generaliter esse intelligendam in quocunque delicto in ecclesia commisso, & si non interuenerit homicidium, aut membri mutilatio, quem sequitur Farinac. in d. q. 28. num. 53. vbi dixit, hanc esse communem opinionem, de qua attestatur Remig. in tract. de immunit. eccles. in 3. fallent. num. 5. & melius Farinac. ipse in d. q. 28 num. 63. versi. sublimita, vbi dixit, quod quando delictum est leue, delinqnens in ecclesia est tutus in ea, nec inde inuitus extrahi potest, addens non nullis allegatis, hanc esse communem opinionem.

Cui

6 Cui rationi respondeo, quod † consuetudo obseruat, vt licitum sit, & honestum portare arma in Ecclesijs, ut ait Decian. in cap. tertio, sub num. 31. in fi. lib. 8. rerum crim. & prius dixit in capit. 26. sub nume. decimo, in fi. lib. sexto, rerum crim. quod consuetudo obseruat, vt delatio armorum sit licita in ecclesia, & in capit. quarto, num. quinto, versic. item moueor, lib 8. rerum crimin. vbi ait, se non videre clare iura, quibus de iure communi quis prohibeatur portare arma, subdens etiam quod quatenus adest prohibitio ex communi consuetudine in desuetudinem abijt, nam hodie in quacunque regione, & ciuitate quilibet potest portare arma, & portat impune, nisi expresse prohibeatur à statutis, vel edictis Principum, vel Magistratuum.

Rursus respondeo, hunc armatum non deliquisse in Ecclesia sub spe immunitatis ipsius Ecclesiæ, sed quia coactus fuit se recipere cum armis in ecclesia, vt saluus fieret respectu primi delicti extra ecclesiam commisi, vt ait Remig. in tract. de immunit. eccles. in 3. fallent. numero tertio, vbi dixit, hanc esse communem opinionem, quam sequitur Clar. in §. fi. quæstione 30.
7 sub uersic. item quæro, libro quinto, sentent ubi dicit, quod † si non ex proposito, sed casu fortuito quis committat delictum in ecclesia, gaudebit eius immunitate, licet subdat, quod ista opinio non posset in statu Mediolani in practica obtineri, quia semper uidit indistincte obseruari, quod qui in ecclesia deliquit, reputatur indignus, ut eius immunitate se defendat.

Quæ res plurimum facit ad propositum opinionis nostræ, siquidem ille, qui armatus aufugit ad ecclesiam, non ex proposito, sed casu fortuito deliquisse uidetur.

Immo non uidetur se recepisse in ecclesia eo animo, ut delin
8 queret, sed saluus fieret, & ideo † uoluntas, & propositum distin
9 guunt maleficia. l. qui iniuriæ causa, ff. de furt. cum simil. & † nō attenditur quod uenit in consequentiam, sed quod principaliter agitur, l. si quis nec causam, ff. si cer. pet.

Rursus potuit dubitare, ne offensus, aut eius amici, adhærentes, & consanguinei eum sequerentur in ecclesia, & ipsum occiderent, quo casu licite potuit retinere arma penes se in ecclesia,
10 vt cum ipsis se tueri, ac defendere posset, cum † defensio uitæ sit etiam licita in ecclesia, ut scribit Dec. in l. ut vim, num. 8. uer. & intantum. ff. de iustit. & iur.

Nec obstat textus in l. si seruos. C. de his, qui ad eccle. confug.
11 quem allegauit Rebuff. in quo habetur, quod † seruus aufugiēs in ecclesiam cum armis extrahi potest ab ea.

Quia respondeo, quod loquitur in seruo, & non ex eo quod armatus ad ecclesiam confugerit, sed quia Dominum offenderit, & quærens se eximere a seruitute, ad ecclesiam confugit, ut ait

ait Plach. in epist.delict.libro primo,capit.octauo, in fin. numero 28.quem sequitur Farinac. in quæstione 28. sub num.66.lib.primo,quæst.& commun.opin.crim.

Et dixit Decian.in cap.28.sub num.quinto,in fi.versic.nec obstat textus,lib. 6. rerum crim. quod d.l.si seruos, loquitur in seruo,& ideo ad liberos non est trahenda, præsertim in exorbitantibus contra libertatem, & immunitatem ecclesiæ;subditque, quod ratio illius legis non est,quia non confidat in immunitate, sed quia mali exempli est, quod serui arma suscipiant contra dominos,quæ ratio in liberis non militat.

Ego vltra prædictos respondeo, quod habemus regulam iu-
12 ris canonici, quod † delinquens tutus est in ecclesia,à qua non est extrahendus.cap.cum ecclesia,& ca.seq.de immunit.eccl es. cap.rerum ad ecclesiam.17.quæstione quarta: vnde licet habeamus limitationē per ius ciuile factam,quod armatus extra hi potest ab ecclesia, non tñ curandum est de iure ciuili aliter disponente,sed standum est iuri canonico, quod nō debet suppleri per ius ciuile,maxime cum suppletio tendat ad diminutionem honoris,& immunitatis ecclesiarum.d.capitu.reum ad ecclesiam, ibi,vt honor ecclesiarum conseruetur,sic tradit Abb.in ca.inter alia,il 2.sub num.15.in fi.& num.16.& sub num.17. versic. quare indubitanter,de immunit.eccl.& bene facit quod notauit Abb. ipse in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ,sub nume.15.versic sed ego,
13 de constitu. vbi ait,quod † lex ciuilis non potuit in spectantibus ad ecclesiam statuere directe,nec indirecte, cum de his cognoscere non possit.

14 Nec obstat si dicatur,quod † de iure Codicis omnes ecclesiæ erant subiectæ Imperatori siue de iure, siue de facto,& Imperatores circa illas condebant leges,sicut hodie Papa,vt ait Baldus, Salycet. Castrens. & Fulgos. in l.iubemus nullam,C.de sacros. eccles. & ideo videmus ab Imperatoribus conditas fuisse leges sub titu.de summa Trinit. & fide cathol. de sacrosanc. eccles.& & de episcop.& cler.

15 Quia respondetur, quod † illæ leges,& similes non valent,vt ait Dec.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, num.91.vers. ex qua conclusione,de constit.& dixit in c.in præsentia,nu.160.de proba.quod dictæ leges non habent locum de iure canonico.

Ex quibus patet,non esse veram traditionem eorum,qui dixerunt non solum armatum delinquentem confugientem ad ecclesiam armis spoliari, & priuari posse, sed etiam armatum ipsum posse extrahi ab ecclesia,qua in opinione fuit Rebuf. quem sequuti sunt Couar.Decian.& Baiard.in locis supracitatis,num. primo,& num.secundo.

Tanto magis quia Decian.ipse in cap.28.sub nu. 5.in fi.ver.ex istis,

istis, lib. 6. rerum crim. putauit huiusmodi secundam conclusio sionem non esse veram per rationes ab eo inibi allegatas.

16 Patet ēt † non bene sensisse Farinac. in q. 28. num. 66. ver. quæ quidem limitatio, lib. 1. q. & com. opin. crim. dū dixit, quod armatus armis, quorum delatio vigore particularis constitutionis meretur pœnam capitalem, prout in multis locis pro archibusetis à rota adest talis pœna, extrahi potest ab ecclesia tanquā in ea delinquens, cum hoc casu armorū delatio dicatur graue deli ctū ratione penæ, vt idem scripsit in q. 18. nu. 83. ver. tertia sit con

17 clusio, lib. eo. 1. vbi dixit, ꝙ † grauitas delicti cognoscitur ex grauitate penæ, subdens multis allegatis, hanc esse cōem opin. alias

18 nō, quia † delatio armorū reputatur leue delictū, vt ibi, & voluit Pacian. in c. 28. nu. 43. lib. 1. de prob. & Decian. in c. 4. nu. 2. ver. inter leuia, lib. 8. rerū crimin. & pro leui delicto in ecclesia cōmisso, non pōt quis in ea capi, vt superius dixi. Quia siue magna pena imponatur pro delatione armorum, siue parua, non poterit capi, nec ab ecclesia extrahi, per ea, quæ supra notaui.

ARGVMENTVM.

Stante Principis constitutione aliquid prohibēte sub pœna eius arbitrio imponenda, an mortuo ipso Principe transgressor huiusmodi constitutionis puniri possit pœna Principi successori arbitraria?

SVMMARIVM.

1 *Præcessor idem est cum succeßore.*
2 *Mors omnia soluit.*
3 *Arbitrium est personale, & non egreditur personā, sed finit cū persona.*
4 *Beneplacitum extinguitur morte.*
5 *Quæ sunt animi non transferuntur in succeßorem.*
6 *Lex, uel statutum ubi aliquid prohibet non adijciendo pęnam, contraueniens punitur arbitrio iudicis.*
Et si Bellonus uoluerit Principis arbitrio puniri, ibi.
7 *Iudex in arbitrariis non potest regulariter arbitrari pęnam mortis.*

QVAESTIO XXXVII.

Stante Principis constitutione aliquid prohibente sub pœna eius arbitrio imponenda, quæsitum est, an mortuo ipso Principe, transgressor huiusmodi constitutionis puniri possit pœna Principi successori arbitraria? In qua quæstione videtur dicendum, quod sic, quia

1 † præceſſor videtur idem cum ſucceſſore. l. proponebatur, & l. mortuo. ff. de iudic.

Cōtrarium tamen bis in facto allegaui, quia arbitrium, quod præceſſor ſibi reſeruauit videtur extinctū per eius mortem, tum
2 quia † mors omnia ſoluit. §. deinceps, in Authent. de nupt. tum
3 etiam quia voluntas & † arbitrium eſt perſonale, & non egreditur perſonam, ſed finitur cum perſona. l. in compromiſſis. ff. de recept. arbitr. Bald. in l. vnica. §. ne autem, numero ſeptimo, C. de cad. toll. l. 4. ff. locat. capit. ſi gratioſæ, de reſcript. in 6. vbi habe-
4 tur, quod † beneplacitum extinguitur morte, & tradit Bellon.
5 in conſi. 8. numero 17. Item quia † quę ſunt animi, non transferuntur in ſucceſſorem; vt ait Rebuff. in l. quod iuſſit, ſub nume. 164. ff. de re iud.

Circa quod addo aduertendum eſſe, quod ſi conſtitutio prohibet aliquid a iure communi prohibitum, tunc omiſſa pœna arbitraria conſtitutionis tanquam per mortem extincta, imponenda erit pœna a iure communi indicta: Sin vero prohibet aliquid a iure ipſo communi non prohibitum, tunc licet ſit extinctum Principis arbitrium, tamen quia remanet prohibitio abſ-
6 que pœna, contraueniens punietur iudicis arbitrio, quia † vbi lex, uel ſtatutum prohibet aliquid non adijciendo pœnam in contrauenientem, contraueniens puniri poteſt arbitrio iudicis, vt ait gloſſ. in l. nemo martyres, in verbo, diſtabat, C. de ſacroſan. eccleſ. & ibi clarius Baldus, quem ſequitur quædam alia gloſſa in margine, & ita quoque tradit Bonifac. de Vitalin. in titul. de pœna falſantis monetam, numero tertio, & numero quarto, & Bartol. in l. de his. §. expilatores, in princip. ff. de effract. & expilat. & Alexand. in conſi. 111. ponderatis verbis, ſub num. primo, verſic. idcirco, & num. 2. vol. 1.

Quanquam Bellonus uelit contrauenientem eo caſu puniri arbitrio Principis, non iudicis, ut ſcriptum reliquit in conſil. 43. numero 3.

Vtilitas autem hęc eſt, quod ſi Princeps habet arbitrari pœ-
7 nam, poteſt ipſe vſque ad mortem incluſiue arbitrari, quod † tamen iudex regulariter facere non poteſt, vt ait Menoch. in q. 86. num. 1. de arbit. iud.

Et melius eſt ſubiacere arbitrio iudicis, quam arbitrio Principis, quia nonnulli Principes ſolent in plus arbitrari, quam iudices, ex quo Principibus magna pœna modica uidetur, maxime vbi agitur de pęna pecuniaria.

ARGV-

ARGVMENTVM.

In dubio an intelligatur compromissum iu iudicem vt in arbitrum, an vero vt in arbitratorem?

SVMMARIVM.

1 *In dubio intelligitur compromißum in iudicem ut in arbitrum, non ut in arbitratorem.*
Contrarium tenet Author nu.4. & numeris sequentibus.
2 *Arbitrator potest lædere partes in sexta parte.*
3 *In dubio quis non præsumitur iactare suum.*
4 *Iudex ordinarius regulariter de iure ciuili non potest esse arbiter secundum communem.*
5 *Iudex ordinarius potest esse arbitrator, ex communi.*
6 *Iudex ordinarius de iure canonico potest eße arbiter, & arbitrator ex communi.*
7 *Iudex delegatus potest eße arbiter, & arbitrator de iure canonico.*
8 *Iudex delegatus non potest esse arbiter de iure ciuili.*
9 *Actus interpretari debet, vt potius ualeat, quam pereat.*
10 *Præsumptio, ut actus ualeat, superat omnes alias præsumptiones.*

QVAESTIO XXXVIII.

1 IN dubio † intelligitur compromissum in iudicem vt in arbitrum, non ut in arbitratorem, ut ait Speculat. in §. fin. numero decimo, versic. quid si simpliciter, de arbitro, & arbitrat. & Bald. in l. sed etsi in seruum, in 2. lect. sub num. primo, versicu. puto quod in dubio. ff. de arbit. & Blanc. in tract. de compromiss. q. 2. num. 47. uersic. ad contraria respondet, & Menoch. in consi. 573. sententia, sub nu. 16. uersi. præterea & secundo, uol. 6.

Quia partes compromittendo in arbitratorem, iactant suum,
2 cum possit ipse vni parti auferre, & alteri dare, potest enim † lædere in sexta parte, ut ait Curt. iun. in l. 1. sub nu. 27. in fi. ff. de iudi.
3 Sed † in dubio non præsumitur quis iactare suum. l. cum de indebito. ff. de cond. indeb. & per consequens in dubio non videtur data hæc potestas, ut ait Bald. in d. l. sed etsi in seruum, in 2. lectu. sub nu. 1. uers. puto quod in dubio, ff. de arbit.
4 Mihi autem contrarium uidetur dicendum, quia † iudex ordinarius regulariter secundum iura ciuilia non potest esse arbiter. d. l. sed etsi in seruum. §. si quis iudex. ff. de arbitr. & ibi Barto. nume. 1. versicu. ueritas est, & Bald. in princip. & Hostiens. in tit.

de arbit.§.qui possit, sub num.3. versi.ideo dic, in summa, & Spelator.in tit.de arbit.& arbitrat.§. 2. num.6.versic.sed nunquid in ordinarium, & Ioan.Bapt.de Perus.in tract.de arbit.lib.4.cap.11. nume.1. vbi ait, se hanc sequi opinionem tanquam magis communem, quam tenuit Pract. Papiens. in forma libell.compromiss.in gl.poni faciatis, sub num.7.ver. item prohibetur ordinarius, & Lanfranc.de Orian.in tract.de arbit.in 2.par.sub numero 11.ver. tertio quæro vtrum iudex, vbi dixit, quod ita tenent communiter Doctores, & Imol.in c. cum tempore, num.5.de arbit. vbi ait, quod legistæ sic communiter tenent & Curt.iun.in d.l.j. numero 26. versicu. quartus & vltimus casus, ff.de iudic.vbi dixit, hanc esse communem opinionem, & idem dixit Menoch. in d.consi.573.nume. 16.versicu.secunda est nullitas, & Blanc.in tract.de compromiss.q.2.sub num.41.uersic.de iure ciuili, & sub num.47.ver.quod dictum, vbi num.42.& seqq.limitat hanc conclusionem quinque modis.

5 Sed bene † potest esse arbitrator. §. si vero contigerit, in Authent.vt differen. iud. l. apertissimi.C.de iudic.cum authent.ibi posita, & Pract.Papiens.in forma libell.compromiss.in gloss.poni faciatis, sub numero septimo, versic.potest tamen, & Hostien. in summa, titu.de arbitr. §. quis possit, sub numero tertio, versic. ideo dic, ut Speculat.in titu.de arbitro & arbitratore, §.secundo, sub numero sexto, versicul.& etiam secundum leges, & Lanfranc.de Orian.in tract.de arbitr.in 2.par.numero 14.versic.licet autem ordinarius, vbi dixit, hanc esse communem opinionem, quam amplexus est quoque Imol.in c.cum tempore, sub num. 5.versi.fatetur tamen, de arbitr.& glo.in authen.si vero contigerit, in uerbo, compositionem.C.de iudic.& ibi Ias.nu.12.& Alexan.in l.1.§ & post operis, num.4.ff.de oper.no.nunciat.& Ioan. Bapt.de Perus.in tract.de arbit.lib.4.cap.11. sub num.primo, versi.item uideamus, ubi dixit, hanc esse veram opinionem, & Bar. in l.sed & si in seruum.§.si quis iudex, numero primo, versi.veritas est, ff.de arbitr.vbi ait, quod glossa hoc volens communiter approbatur, licet alij præsertim Vltramontani tenuerint contrarium, prout fecit etiam Curt.iun. in d.l.1. numero 27.ff.de iudic. vbi ait, nec quidem in iudicem ordinarium compromitti posse vt in arbitratorem, cum differentiæ ratio probabilis assignari nō possit, & sequi videtur Menoch.in consi.573.sub num. 16.versic. nec repugnat, uol.6.

6 De iure † vero canonico iudex ordinarius pōt esse arbiter, & arbitrator, vt ait Specul.in ti.de arbitro, & arbitratore.§.2.sub nu. 6.vers.dic secundum canones, & Bar.in d.l.sed & si in seruum.§. si quis iudex, sub num.1.versi.secus de iure canonico, & Pract.Papiens.in forma libell.compromiss.in gl.poni faciatis, sub num.7.

versic.

versi. sed secundum canones, & Lanfranc. de Orian. in tract. de arbit. in 2. par. sub nu. 14. versi. de iure tamen canonico, & Curt. iun. in l. 1. sub num. 27. in fi. versi. de iure tamen canonico. ff. de iudic. & Ioan. Bapt. de Perus. in tract. de arbitr. lib. quarto, capit. 11. sub numero primo, versicu. de iure tamen canonico, & Blanc. in tract. de compromiss. quæstione secunda, sub numero 47. versi. teneas contrariam opinionem, & Imol. in c. cum tempore, sub num. 5. versi. canonistæ autem, de arbit. vbi ait, quod canonistæ sic communiter tenent.

7 Etiam si † sit iudex delegatus, vt ait Hostiens. in summa tit. de arbit. §. qui possit, sub numero 3. versic. posset illud dici, & Ioan. Bapt. de Perus. in tract. de arbit. lib. 4. cap. 11. sub num. 1. ver. quid dicemus de iudice delegato, & Pract. Papiens. in forma libell. compromiss. in glo. poni faciatis, sub num. 7. versi. sed secundum canones, & Blanc. in tract. de compromiss. q. 2. nu. 50. versi. dele-
8 gatus, licet † de iure ciuili delegatus non possit esse arbiter, vt ait Imol. in cap. cum tempore, num. 5. in princ. de arbit. & idem volunt alij supracitati.

Vnde cum de iure ciuili non possit compromitti in iudicem ordinarium vt in arbitrrum, in dubio intelligitur cōpromissum
9 in eum vt in arbitratorem, vt † actus potius valeat, quam pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties, ff. de verbor. obligat. l. 3. ff. de testam. milit. Vant. in tract. de nullit. in princip. numero 24. versic. nam ratione, & glo. in cap. inter dilectos, in verbo, valere, de fide instrument. & Dec. in consi. 140 pro tenui, numero 6. versi. quarto istud idem, & in l. in contrahenda, num. 4. versicu. in secundo, dicto. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol. num. secundo, versic secundo nota, & Ias. in l. verbis ciuilibus, num. quarto, versic. tertio tu ponecte. ff. de vulg. & pup. & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 34. numero primo, & Cacheran. in decis. 163. num. 2. ver. secundo præmittendum est.

Et ita in terminis tenuit Imol. in l. 1. §. potest autem, sub nu. 25. ver. & quia quod simpliciter. ff. de oper. no. nunc. & Alex. ad Bar. in l. societatem. §. arbitrorum, sub nu. 10. versi. quæro quid si simpliciter. ff. pro socio, vbi dixit, hoc notandum esse.

Nec obstat Speculator, quia intelligitur, quādo vtroq; modo scilicet & in arbitrum, & in arbitratorem compromitti potest, quia tunc in dubio intelligitur compromissum, vt in arbitrum, secus si vno tantum modo, vt dixi, & ita Speculatorem declarat Imol. in d. l. 1. § potest autem, sub num. 25. versic. & ita loquitur. ff. de oper. no. nunc.

Nec obstant etiam rationes Specul. & Bal. quia præsumptio,
10 per † quam actus potius valeat, quam pereat est fortior, & efficacior cæteris præsumptionibus, vt ait Decius in l. in contrahēda

ſub num.6.verſi.& nota, ff.de reg.iur.& Alciat.in tracta.de præſumpt.reg.1.præſumpt.30.num.6.verſ.& talis præſumptio,& pręſumpt.34.num. primo,& Purpur. in l. rogaſti.§.ſi tibi, num. 38. ff.ſi cer.pet.ubi ait,quod pręſumptio, vt actus valeat eſt,adeo potens, vt alijs præſumptionibus ſit validior,& idē voluit Galliaul. in l.prima, §. ſi quis ita,ſub nu.5.verſi.& videtur hæc interpretatio.ff.de verb.obligat.& Vant.in tract.de nullit.in princip.ſub numero 26.verſic.in dubio itaque, vbi ait,quod præſumptio iſta validitatis ſuperat omnes alias præſumptiones.

ARGVMENTVM.

Partes an facere poſſint, vt ſummarie procedatur in cauſa,quæ ordinarie agitanda erat?

SVMMARIVM.

1 *Partes non poſſunt facere,ut ſummarie procedatur in cauſa ordinaria. Contrarium tenet Author ſub num.3.verſi.quibus,& per totam quæſtionem.*
2 *Iuris publici eſt,vt in cauſis ordo iudiciarius obſeruetur.*
3 *Partes non poſſunt iuri publico renunciare.*
4 *Reſpublicæ intereſt lites abbreuiari.*
5 *Cauſæ ſummariæ debent citius expediri.*
6 *Verbum, ſummariè,importat idem quod breuiter.*
7 *Clauſula, ſummarie,non tollit ordinem iudiciorum ſubſtantialem,ſed dilationes tantum.*
8 *Iudicio quaſi contrahitur.*
9 *In contractibus, uel quaſi hominis conuentio pro lege habetur.*
10 *Cauſa ſummaria an ordinaria fieri poßit.*
11 *Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.*

DVm iudex fui,& caſus ſemel euenit,quæſitũ eſt,nunquid partes facere poſſent, vt ſummarie procederetur in cauſa,quæ ordinarie agitanda erat? & videbatur dicendum,quod † non,vt ait gl.in clem. ſæpe,in
1 fi.in verbo,irritandus,de verb.ſign.& plenè Lucas de Penna in l. de ſubmerſis,nu.3.verſi.vltimo quæritur.C.de naufrag.lib.11.& Addit.ad Bart.in l.ſocietatem.§.arbitrorum,ſub nu.9.ff.pro ſocio,& Iaſ.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret,nu.7.ver.ſecundo facit, ff.de pact.& Fel.in c.cum acceſſiſſent,ſub nu.5.ver. ad idem, de conſtit.& Ceſal.in l. Centurio,nu.93. ff. de vulg.& pup.& Grat. in conſi.163.requiſitus,nu.35.ver.item licet,vol.2.& Marant.de

ord.

ord.iud.in 4.par. dist.9. princ. nu. 98.ver.quid autem è contra,& in disput.4.nu.14.vers.quid autem è contra.

2 Quia quòd ordinariè procedatur,est iuris publici,nam † ius publicum est, vt in causis ordo iudiciarius obseruetur, l.prolatam.

3 C.de sent.& interloc.omn.iud.& † partes non possunt iuri publico renunciare.l.ius publicum,ff. de pact.& Bart. in l.societatem. §.arbitrorum,nu.9. ff. pro socio,vbi ait,quod partes non possunt remittere ordinem iudiciarium.

Quibus tamen non obstantibus, contrarium dicebam verius videri,scilicet quod partes de communi consensu possent facere causam ordinariam summariam, quia sicuti possunt in totum liti cedere,ita possunt concedere,vt de plano procedatur sine libello,solemnitate,& figura iudicij, & sic summarie, siue extraordinarie, prout ita tenuit Speculat. in tit. de libell.concept.§.9.nu.8. versic.nono si partes.

Comprobo hanc opinionem,quia licet partes faciendo causam ordinariam summariam,videãtur in hac parte iuri publico derogare, quod versatur in iuris ordine seruando,vt dictum est,

4 attamen † ex alia parte ius publicũ, publicaq; vtilitas conseruatur,quia lites citius expediuntur, & non sunt immortales.l. properandum,in prin.C.de iud.c.iurgantium,de re iud.vbi dr̃,quod non solum ęquitati, sed ẽt rigori iuris conueniens est, vt litigantium controuersiæ celeri sñia terminentur,& dixit Benintend.in decis.21.quidã de Pasijs,sub nu.23.in fi. publicæ vtilitatis esse,lites abbreuiari, dem voluit Marilian.in decis.90.omissa discussione,nu.4.& Minsing.in obseruat.47.cent. 3.& Odd.in consi.11.visis,& maturè consideratis,nu.53 & nu.85.ver.demum quia.

5 Nam † causæ summariæ debent citius expediri.l.de submersis.C.de naufrag.lib.11.clem.sępe,de verb.sig.vbi habetur, quod iudex in causis summarijs debet amputare dilationes, & hoc sequitur Franc.Marc.in decis.496.num.2.vers.& maxime in 2.par.

6 Quia † Verbum, summarie,importat idem quod breuiter, vt ait Bart.in extrauag.ad reprimen.in verbo,summarie,in princ.& Georg.Natta in clem.sæpe.§.quæ omnia,versi.expeditis,q.1.nu. 2.de verb.sig.& dixit Bart.ubi supra nu.3.ꝙ causa sola abbreuiandi dilationes est sufficiẽs, vt causa agitetur summarie, & Georg. Natta vbi supra, sub nu.6. vers.& si dicatur,ait,ꝙ licet in plenarijs causis non possint dilationes abbreuiari sine causæ cognitione,tñ ista erit iusta causa abbreuiandi,scilicet,ꝙ causa sit summarie cognoscenda. Quinimmo dixit Celsus in addit.ad Lanfranc.

7 de Orian.in sua prax.c.12.sub nu.6. quod † clausula, summarie, non tollit ordinem iudicij substantialem, sed dilationes tantum.

Et quod causa ordinaria possit fieri summaria partium cõsen

 su,tradit

su tradit Vasq. post hæc scripta visus, licet de Speculatore non faciat mentionem in tract. de success. resolut. lib. 1. § 9. numer. 105
8 vers. denique ex his, qui mouetur inter cœtera ex hoc, qp † in iu-
9 dicio quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. depos. sed † in contractibus, vel quasi hominis conuentio pro lege fit. l. contractus. ff. de reg. iur. vide alias rationes ibi per eundem Vasquium subtiliter adductas, ob quas hæc opinio amplectenda videtur.

Propterea ibi Vasq. n. 106. ver. causa aũt, inquit, suspectam esse
10 eorum opinionem, qui è conuerso dicebant, causam † summariam partiũ consensu ordinariam fieri posse, qua in opinione fuit gl. in c. de causis, in verbo, consensu partium, de off. deleg. & Cefal. in d. l. Centurio, nu. 93. ff. de vulg. & pup. & Marant. in disput.
11 4. sub nume. 11. quia vt subdit, † res de facili reuertitur ad suam naturam, vt ait Felyn. in terminis in capit. cum accessissent, sub num. quinto, versic. ad idem, de constit. & Grat. in consi. 163. requisitus, nu 35. volum. 2.

Quia si hoc concederemus, læderetur publica vtilitas, quæ consistit in litibus breuiandis, vt superius dixi.

ARGVMENTVM.

Scientia requiritur in vtente falsis ponderibus, & mensuris ad hoc vt criminaliter puniri possit.

SVMARIVM.

1 *Vtens falsis ponderibus, & mensuris, & allegans se ignoraβe eas eβe falsas an criminaliter puniri possit non constito de scientia, & Lucas de Penna uidetur innuere, quod sic.*
Contrarium tenet Author per totam quæstionem.
2 *Ignorans non dicitur delinquere.*
3 *Ignorantia in dubio non præsumitur, nisi scientia probetur.*
Ignorantia non præsumitur, nisi allegetur, ibi.
4 *Lex vult scientem, non ignorantem obligari.*
5 *Scientia non ignorantia obligat.*
6 *Omnis dispositio quantumuis generalis restringitur, ne ignorans puniatur.*
7 *Maxima absurditas, & iniquitas est, si ignorans puniatur.*
8 *Est contra naturalem æquitatem, ut ignorans puniatur.*
9 *Vtens falso instrumento non punitur, nisi sciuerit illud esse falsum.*
10 *Pœna præsupponit culpam.*
11 *Ignorans non dicitur esse in culpa.*
12 *Pœna non consideratur sine culpa.*

Vtens

13 *Vtens falsis, & iniustis ponderibus, aut mensuris committit falsum, & furtum.*
14 *Dolus requiritur in crimine falsi, & furti.*
15 *Ignoranti dolus non imputatur.*
16 *Lucas de Penna declaratur.*
17 *Doctoris dictum intelligi debet secundum legem, quam allegat.*

QVAESTIO XL.



Gitata fuit in facto pulchra dubitatio, nunquid adhoc vt vtens falsis ponderibus, & mensuris puniri possit criminaliter, constare debeat, quod vtens sciuerit eas esse falsas, & iniustas, quando ipse allegat ignorantiã?
1 In qua videbatur dicendum, quòd †non, sed quod puniri possit ẽt si illis ignorãter vsus fuerit, vt videtur voluisse Luc. de Penna in l. modios, sub nu. 4. ver. de pęna, vero. C. de suscep. Pręposit. & Anchar. lib. 10. vbi ait, quód tenẽtes falsas mẽsuras sunt puniẽdi, nec excusantur per ignorantiã, per tex. in l. sed addes. §. si qs. ff. loca. & ita habui hoc dictũ causa dubitationis à iudice in causa criminaliter mota cõtra Genesiũ Contessinũ, & Cæsarem Pasqualium, quorum eram Aduocatus, & Lucam de Penna sequutus est Beneuenut. Strach. in tract. de mercat. in titu. de decoct. in 7. & vlt. par. sub nume. 23.

Contrariũ tñ resoluebã, & resolutioni se subscripsit insignis Iurisconf. Sfortius Oddus dũ Papiæ legeret, dicebã enim, ꝙ necessariò cõstare debebat de sciẽtia dictorũ inquisitorũ, quia qualitas
2 ista est, de substãtia delicti, ex quo† ignorans nõ dicitur delinquere, vt ait Ripa in l. fi. nu. 48. C. de reuo. donat. & Gramma. in cõsi. crim. 25. nu. 1. & Menoch. in cas. 186. nume. 12. de arbit. iud. quæ
3 †ignorantia in dubio præsumitur, nisi probetur scientia. l. verius. ff. de prob. tradunt oẽs, maxime Rolan. à Valle in cõsi. 45. nu. 13. & nu. 16. volu. 1. & Cacheran. in decis. 71. nu. 24. quando scilicet allegatur, Maschard. in conclu. 879. nu. 6. de probat.
4 Scientem †enim non ignorantem lex vult obligari. l. generali. C. de tabula lib. 10. & Roman. in consi. 473. circa propositam, nu. 1. c. vt animarum, de cõstit. in 6. & Cynus in l. quicunque, nu.
5 4. C. de ser. fug. vbi ait, quod †scientia non ignorantia obligat.
6 Quæ res habet in se rationem, quia †omnis dispositio quantũuis generalis restringitur, ne ignorans puniatur, vt ait Socin. in cõsi. 122. præstantissime doctor, nu. 1. vol. 1. & Roland. à Valle in d. consi. 45. nu. 14. vol. 1. & Crauet. in consi. 6. plura sunt videnda, nume. 73. & in cõsi. 260. ad dubia subtilia, sub nu. 2. ver. rursus quòd ipse inquisitus, & Menoch. in q. 52. nu. 4. de arbitr. iud.
7 Et †maxima absurditas, & iniquitas esset, si ignorãs puniretur idem

idem Menoch.in caſ.185.nume.4.& in caſ.186. nu.12. de arbit.
8 iud.&†eſt contra naturalem æquitatem, quod ignorans puniatur, vt ait Socin.in d.conſi.122.ſub nu.1.vol.1.
9 Addo quod†pœna præſupponit culpam, Riminal.iun. in con
10 ſil.640.nu.72.volu.6. Sed†in ignorante non conſideratur culpa, vt ait Crauet.in conſi.204 vniuerſitas,nu.21.verſi.ignorantibus, & Rimin.iun.in d.cōſi.630.nu.76.vbi etiam ſubdit nu.77. quod
11 ſine culpa non conſideratur pęna.

Et quod ſcientia,& dolus de neceſſitate requirantur ad puniēdum aliquem vtentem falſis ponderibus, præſupponit Plot.in l.ſi quando,nume.724.ver.vtens ſcienter & dolosè.C.vnde vi,& Bonifac.dē Vitalin.in rub.de pœna falſantis menſuras, & pondera,nume.2.verſi.item & ille,& Iodoc.in ſua pract.crim.c.123. nume.7 ver.quiſquis autem emit, & Ioan.Tabien. in eius ſumma.§.emptio.nume.9.& §.falſarius,nume.10. & Ang. de Clauas.in ſua ſumma.§.falſarius,nume.11.& Nauar.in Manual.cōfeſſ.cap.17.ſub nume.169.ver.ſexageſimoprimo, qui falſat pondera,& Natta in conſi.72.magnifice Domine,nume.3. ver.præterea habet,vbi conſuluit ad defenſam eius, qui vſus fuerat ſextario,& ſcopello falſis,& iniquis,ac minime legalibus, & ea penes ſe retinuerat.

Et multum facit ad propoſitum illud, quod notauit Clar. in
12 §.falſum,verſi.vtens,lib.5.ſentent.vbi ait, quod†ille, qui vtitur falſo inſtrumento, non punitur, niſi ſciens illud eſſe falſum eo vſus fuerit.

13 Additur pro cōfirmatione huius opinionis, quod †aut ſumus in crimine falſi,quia quæſtio iniuſti,& falſi ponderis pertinet ad falſum,vt ait Natta in conſi.72.nu.1.cum ſequentibus,& Alcia. in conſi.26.omnino,nume.6.ver.nec eſt dubium,lib.7.aut in cri-
14 mine furti,vt ait Iodoc.in cap.123.nu.7.pract.crim. &†tunc vtroque caſu requiritur dolus,vt ait Angel.loquens in furto, & falſo in l.plagij,ſub nu.2.C.de plag.& de falſo tradit Clar.in §.falſum, verſi.excuſatur autem,lib.5.ſenten.vbi ait, quod falſitas non cōmittitur niſi dolo adhibito,ſubdens, hanc eſſe cōem opinionē, quam tenuit Natta in d.conſi.72.nu.1.ver.nam falſum.

15 Sed†ignoranti falſas,aut iniuſtas menſuras, aut pondera dolus imputari non poteſt,vt ait Crauet.in conſil.8. Aymo,nu.10.ver. ſed ignoranti,& Bec.in conſi.96.viſo proceſſu,nu.2.

Nec obſtat Lucas de Penna, quem ſequitur Strach. vt dixi, quia ipſe monetur per textum in l. ſed addes. §. ſi quis. ff. loca.
16 ideo†eius dictum intelligi debet in eo,qui tenet,& habet menſuras falſas,& eas alteri locat,& quando agitur ciuiliter ad intereſſe,non autem criminaliter ad pęnam, vt probatur in ea ipſa l. ſed addes.§.ſi quis. ff. loca. vbi ſic habetur ad literam. Si quis

dolia

dolia vitiosa ignarus locauerit, deinde vinũ effluxerit, tenetur in id, quod interest, nec ignorantia eius est excusata. Nam certũ est,
17 quod † dictum Doctoris intelligi debet secundum legem, quam allegat, vt ait Bartol. in l. non solum. §. liberationis, nume. 10. ff. de liber. legat.

ARGVMENTVM.

Bannitus, cui bona sunt confiscata, potest conueniri ante diem termini sibi per creditorẽ ante bannum facti.

SVMMARIVM.

1 *Qui ante diem agit, male agit.*
2 *Exceptio pluris petitionis contra agentem ante diem opposita impedit processum ad vlteriora.*
3 *Bnnitus dicitur uerti ad inopiam, et male uti substantia sua, etiam quod eius bona non sint publicata.*
4 *Fideiussor licet regulariter ante solutionem actione mandati agere non possit, tamen quando damnum timet, vt quia debitor dilapidat bona, maleque vtitur substantia, tunc recte agit contra debitorem ante solutionem.*
5 *Dos licet regulariter non posit repeti, & exigi per vxorem constante matrimonio, tamen si maritus fuerit bannitus, poterit ipsa repetere et exigere dotem suam ante diem mortis uiri, etiam si bona viri non sint publicata, sed solum exulare iussus fuerit.*
6 *Omnis promissio, omnisque actus, & dispositio intelligitur rebus sic se habentibus, & in eodem statu permanentibus.*
7 *Quod procedit, etiam si promissio, actus, & dispositio sint iurata, quia iuramentum regulatur secundum naturam contractus, super quo interponitur, & recipit conditiones expressas, vel tacitas, quas recipit contractus.*
8 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*

QVAESTIO XL.

NVnquid Bannitus, cui bona non fuerunt confiscata, cõueniri possit ante diem termini sibi per creditorem ante bannum facti? Et videtur dicendum, quod
1 non, quia † qui ante diem agit, male agit. §. hodie, Instit. de except. l. 1. in fi. ff. quan. dies vsusfr. lega. ced. Bart. in l. exceptionem

ptionem,sub nume.4.C.de probat.& in l.eum qui ita.§. ita stipulatur,sub nu.5.ff.de verb.oblig.& in l.lecta,nume.22.versi. dices tú.ff.si cert.pet.& Pract.Papien.in forma libell.in act.real.in verbo,deducendo in præsenti iudicio, nume.6.& Cacheran. in de-
2 cis.130.proposita fuit quæstio,nu.2.vbi etiam dixit, quod † Doctores communiter concludunt,quod si exceptio pluris petitionis contra agentem ante diem opponatur,processus per eam exceptionem impediri poterit.

3 Contrarium tamen teneo,quia†bannitus dicitur verti ad inopiam,vt ait Ripa in l.soluto matrimonio,nu.24.versi.circa tertiũ & quartum.ff.solu.matr. necnon male vti substantia sua, etiam quod eius bona non fuissent publicata,vt concludit Bartol.in l.si constante & ibi Ripa nu.43.ver.item dum Bart.concludit.ff.eo. & firmat Bald.ibi nu.2.

Et ideo cum periculum sit in mora, non tenetur creditor expectare tantisper,donec facultates banniti omnino labantur,omniaque in fumum redacta sint,quæ res licet ex se videatur rationabilis,nihilominus est comprobanda per id, quod dicunt Do-
4 ctores,quod†licet fideiussor regulariter ante solutionem actione mandati agere non possit,tamen quando timeret damnum, vt quia debitor dilapidaret bona, maleque vteretur substantia sua,tunc recte poterit agere contra debitorem ante solutionem, vt notauit Bald.in l.si pro ea,nume.1.C.mandat.& plene Gail.in obseruat.29.fideiussor quidam,nu.8.lib.2.pract.obseruat.

Et forte magis ad propositum confert illud, quod dicitur de
5 dote,quæ†licet regulariter non possit repeti, & exigi constante matrimonio,attamen si maritus fuerit bannitus,poterit vxor repetere,& exigere dotem suam ante diem mortis uiri, etiam si nihil de bonis ipsius publicatum sit, sed solum exulare iussus fuerit,ut uoluit Bart.in l.soluto matrimonio,nu.4.ver. & hoc notabile facit.ff.solut.matr.& apertius in d.l.si constante,nume.18. ver.quinto quæro,cum seq.ff.eo.& ante ipsum Speculat. in titu. de dote post diuort.restit.§.fin.ver. quid si vir est in banno, & ibi Ioan.Andr.in addit.quod idem tenet Roman. in consil.392.circa primum,nume.4.versi.tertio non est dubium,|& Bald. in d.l. soluto matrimonio,nume.1.ver.in ea glossa ibi damnetur. ff. solut.matr.& ita notauit iterum Bartol.in l.1.C. de repud. & hanc opinionem amplexus est Addit.ad Bartol.in d.l.si constante,sub nume.18.ver.quinto quæro.ff.sol.matr.& Addit.ad Bal.in d.l.soluto matrimonio,in verbo,matrimonio.ff.eo.

Præterea propter bannum intelligitur mutatus status,& conditio debitoris facta est deterior, quo casu non tenetur creditor
6 expectare terminum factum,cum†omnis promissio,omnisque actus,& dispositio intelligatur rebus sic se habentibus, & in eodem

dem ſtatu permanentibus, vt ait Corn. in conſilio 102. in hac cauſa, nume primo. verſicu. & ideo, volumi. primo, & ita notat Bald. qui loquitur de promiſſione in l. quod Seruius, nume. 2. ff. de condi. ob cauſ. cauſ. non ſeq. & ibi Iaſ. nume. 8. verſic. circa tertium, & Rub. Alexandrin. in conſil. 147. viſo inſtrumento, nume. 3. verſi. contractus enim, & rurſus Bald. in rubr. de procurat. nume. 28. verſic. hęc conditio, vbi dicit, habere locum in quolibet mandato, & arbitrio, & latius Tiraquel. in l. ſi vnquam, in præfat. nume. 167. verſi. & hoc quidem. C. de reuo. donat. vbi & ipſe quoque nume. 168. verſic. id quod etiam, loquitur in terminis de promiſſione.

7 Quæ res procedit, etiam ſi † promiſſio eſſet facta cum iuramēto, quia illud regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur, & recipit conditiones expreſſas, vel tacitas, quas recipit contractus, ut ait Bald. in l. fina. ſub nume. 5. verſic. ſeptimo ineſt conditio. C. de non nume. pecun. & in l. clam, ſub nume. 1. verſi. quod intelligendum eſt. C. de fideicom. & in cap. 2. nume. 4. verſi. item in iuramento, de reſcript. & in cap. 3. nume. 1. verſi. nota quòd, de iureiur. & Abb. in cap. veritatis, ſub uume. 39. ver. nec obſtat ſecundum eum, de dolo, & contum. & gloſ. in cap. quemadmodum, in verbo, conditio, de iureiur. & in cap. nos ſanctorum, in verbo, conſtricti ſunt. 15. quæſtio 6. & Iaſ. in dicta l. quod Seruius, num. 9. verſi. idem in iuramento. ff. de cond. ob cauſ. & Innocen. in dicto cap. quemadmodum, nume. 1. de iureiur. & Corn. in d. conſi. 102. nume. 1. ver. nec habet obſtare, volu. 1. & in conſi. 192 licet videatur, ſub nume. 3. verſic. quia promiſſio, volum. eod. & in conſi. 69. de duobus quæritur, nume. 15. verſi. quia iuramentum, volu. 2. & in conſi. 48. quoniam in præſenti conſultatione, nume. 3. verſi. & hoc arbitror, vol. 3. & Deci. in conſi. 334. viſo conſilio, nume. 3. & Tiraquel. in dicta l. ſi vnquam, in præfat. nume. 166. verſi. præterea iuramentum. C. de reuo. donat. & hoc idem voluit Boer. in deciſ. 204. præſuppono, nume. 21. ver. præterea, & Caballin. in tract. de euict. §. 3. ſub nu. 55. ver. & ſic iuramentum.

8 Pro quibus facit illud, quod dicitur, quod † ea, quæ de nouo emergunt nouo, indigent auxilio. l. 1. in princ. ff. de ventre inſpic. & l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrogat. act.

Et ita aliàs conſului contra Bartholomæum de Moris, cui conceſſus fuerat per illos de Guarinonis ante bannum quidam terminus ad ſoluendum, & dixi per ſupradicta, quod poſt bannum potuerunt ante terminum agere, & contra ipſum iudicialiter experiri.

ARG.

ARGVMENTVM.

Fœmina hæres Vasalli prædefuncti, an succedat in melioramentis per eum in feudo factis? & præsertim in mœnibus alicuius Ciuitatis, vel oppidi?

Et posito quod non, an ei huiusmodi melioramenta solui debeant?

SVMMARIVM.

1 *Rogationes Principum sunt præcepta.*
2 *Fœmina succedit in melioramentis per vasallum in bonis feudalibus factis.*
3 *Femina regulariter in feudo non succedit ex communi.*
4 *Melioramenta castrorum, & oppidorum, quæ effecta sunt unum corpus cum ipsis castris, & oppidis connumerantur inter pertinentias proximas dictorum castrorum, & oppidorum.*
5 *Melioramenta, & pertinentiæ bonorum feudalium sequuntur eorum naturam, cum sint quædam accessoria, & accessorium sequatur naturā sui principalis.*
6 *Palatia Principum pro eorum habitatione, vel pro iure reddendo destinata, publica, & regalia sunt, & cum Castro, & Ciuitate transeunt in eum, in quem dominium, & principatus transit.*
7 *Inseparabilium inseparabile debet esse iudicium.*
8 *Iura inseparabilia feudo accedunt, & rem feudalem sequuntur ex communi.*
9 *Muri Ciuitatis, & Oppidi sunt inseparabiles à Ciuitate, & oppido.*
Muri Ciuitatis, uel oppidi non possunt amoueri, destrui, aut violari, ibid.
10 *Non licet aliquid facere in muris Ciuitatis, uel oppidi, ex quo damnum, aut incommodum irrogetur.*
11 *Muros Ciuitatis, uel oppidi perforare, vel in illis facere fenestram, non licet.*
12 *Muros Oppidi, vel Castri transcendens punitur extra ordinem iudicis arbitrio, & sub nu. 13.*
13 *Muros Romæ transgrediens punitur pena capitis.*
14 *Muri Ciuitatis, vel Oppidi sunt sancti, & in nullius bonis.*
15 *Muri Ciuitatis, uel oppidi exhibent tutelam Ciuitati, & oppido, & præbent securitatem habitantibus in eo.*
16 *Muri Ciuitatis, vel oppidi sunt ornamento decenti Ciuitati, uel oppido.*
17 *Fœmina non succedit in melioramentis Castrorum, & Oppidorum, si adhærent, & affixa sunt Castris, & Oppidis, secus si non adhærent, quia tunc succedit.*

Appel-

18 *Appellatione munimentorum veniunt muri, qui muniunt Ciuitatem, uel oppidum.*

19 *Votum parentum, & naturalis ratio suadet, vt ad liberos facultates per ueniant.*

20 *Appellatione liberorum ueniunt nepotes, & omnes descendentes in infinitum per lineam masculinam.*

21 *Appellatione liberorum veniunt masculi, & fœminæ, ac descendentes ex femina in materia indifferenti vtrique sexui conueniente, secus si masculis tantum conueniat, vt in feudo, in quo fœmine regulariter non succedunt.*

22 *Ex diuersis non bene infertur.*

23 *Lex in dubio intelligi debet secundum naturam, & materiam tituli, sub quo situata est.*

24 *Feudum dicitur deterioratum ob onus annexum, & minus ualet.*

25 *In æstimatione redditus, vel pretij alicuius rei ratio impensarum est habenda.*

26 *Dispositio loquens in simplici in materia statutaria non habet locum in casu mixto.*

27 *Statutum, & consuetudo non differunt, nisi quod statutum expressum Populi consensum habet, consuetudo vero tacitum.*

28 *Statutum & consuetudo æquiparantur.*

29 *Consuetudo in scriptis redacta remanet consuetudo ex communi.*

30 *Opiniones repugnantes per distinctiones sunt ad concordiam reducendæ, ex communi.*

31 *Opinio distinguens in dubio tenenda est tanquam verior.*

32 *Vasallus succedens in feudo an teneatur soluere melioramenta hæredi vasalli prædefuncti meliorantis feudum? & seq. numeris.*

33 *Melioramenta facta à Vasallo in re feudali sunt ipsius vasalli, non domini directi, & mortuo vasallo, & feudo ad dominum deuoluto melioramenta pertinent ad hæredes vasalli, ex magis communi.*

34 *Vasallus acquirens aliquid indiuisibile à feudo, si dominus petit feudum debet soluere hæredibus vasalli valorem illius rei acquisitæ.*

35 *Dominus, vel alius, ad quem feudū reuertitur tenetur soluere hæredi vasalli melioramenta inseparabilia à feudo per vasallum acquisita.*

36 *Aestimatio melioramentorū factorum per vasallum solui debet eius hæredibus, quando non possunt commodè, & sine deformitate Ciuitatis, vel oppidi, in quo facta sunt, separari.*

37 *Locupletari quis non debet cum aliena iactura.*

38 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

39 *Quod in lege non cauetur, in practica non habetur.*

40 *Intellectus ad tex. in c. 1. §. si vasallus, tit. hic finit lex. & nu. 41.*

41 *Lex quando vnū dicit, & aliud præsupponit, non habet locum decisio illius legis, ubi præsuppositum uerificari non potest.*

42 *Vasallus conditionem feudi deteriorem facere non potest sine Domini*

uolun-

voluntate, vel agnatorum, ad quos per succeßionem pertinet, bene tamen meliorem facere potest.

43 *Commodum cum incommodo compensatur.*

44 *Qui in vno grauatur in alio releuari debet.*

45 *Textus in c. 1. §. è contrario, de inuest. de re alien. fact. ponderatur.*

46 *Accessorium non mutat naturam principalis.*

47 *Ratione inseparabilitatis aliquid cōceditur, quod alias nō cōcederetur.*

48 *Vna eademque res non debet diuerso iure censeri.*

49 *Asserens aliquem locupletari, uel locupletatum cum aliena iactura, probare debet speciem locupletationis.*

50 *Locupletari potest quis cum aliena iactura auctoritate iuris, & iure permittente.*

51 *Melioramenta feudo facta non sunt restituenda, nec eorum pretium soluendum, quando vasallus ea fecit, vt essent feudalia, sed cum feudo transeunt.*

52 *Quis non transmittit ad hæredes, quod in eius bonis non est.*

53 *Hæres facto defuncti contrauenire non potest,*

54 *Aequum & iustum quod videtur in aliorum personis, in eius quoque persona statui debet.*

55 *Hæres reputatur una eademque persona cum defuncto.*

56 *Allodiale potest effici feudale.*

QVAESTIO XLII.

ROgatus in scriptis redigere quid sentiam de melioramentis factis in Oppido Castrigiuffredi, temerariū, ac nullius consilij me nimia erubescentia demonstrarem, si officium efflagitatum denegarem, præser
1 tim, cum † rogationes Principum sint præcepta, vt ait glos. in l. 1. §. 1. in verbo, quemadmodum. ff. quod iussu.

De duobus igitur dubitari contingit, Primo, nunquid Illustrissima Domina Catharina Gonzaga succedere possit in dictis melioramentis? Secundo posito, quòd non, an Illustrissimus & Excellentiss. D. Marchio Castioni inuestitus vti agnatus de dicto feudo teneatur soluere dicta melioramenta præfatæ Illustrissimæ D. Catharinæ?

Circa primum articulum videtur expeditum de iure, quòd
2 licet † fœmina regulariter non succedat in feudis, attamen succedere possit in melioramentis per vasallum in bonis feudalibus factis, vt ait Paris. in consi. 28. Simon, nume. 3. & nume. 4. & in consil. 55. quoniam, nu. 22. nu. 23. & nu. 24. volu. 3. & Ruin. in consi. 24. super his, sub nume. 10. volum. 1. & Roland à Valle. in consi. 28. quoniam nemini dubium est, nume. 29. versic. tamen quòd in istis meliorationibus, volum. 1. quem refert, & sequitur

Menoch.

Menoch. in tracta. de recuper. possess. remed. 15. nume. 506. & & Mascard. in additio. ad Pract. Papiens. in forma libelli, quo agi tur ad reuocationem feudi, in glo. ac nomine recti, in verbo, fœmineum, & ita præsupponit Alciat in consil. 13. quæritur nunquid, nu. 15. & nu. 16. lib. 3. & Menoch. in consi 689 respondendum, per totum, vol. 7.

Quibus tamen non obstantibus, teneo prædictam Illustriss. D. Catharinam non posse succedere in dictis melioramẽtis, pro
3 cuius rei cognitione præmitto, quod † fęmina regulariter nõ succedit in feudo c. 1. §. & quia vidimus, de his, qui feud. dar. poss. vbi Bald. nu. 9 ver. quærit glo. & nu. 15. ver. deinde nota, & Aluarot. nu. 8. & Isern. nu. 4. ver. item dicitur, & Afflict. nu. 1. c. 2. §. filia vero, de success. feud. & ibi Bald. & Afflict. vterque. nu. 1. & c. j. §. ad filias. de success. fratrum, & grad. succed. in feud. & ibi Aluarot. nu. 3. & Afflict in c. 1. §. quinetiam nume. 1. episcop. vel Abbat. & Dec. in l. 2. sub nu 55. ver. trigesimonono. ff. de regu. iur. & plures allegat Duen. in reg. 309. in princ. & Cęfal. in consil. 323. difficilis, nu. 76. ver. quia in materia, & in consi. 361. feudum, nu. 2. & in consi. 389. inuestitura, nu. 3. vol. 3. & multis etiam moder nioribus, quos vidi prætermissis, hoc voluit Clar. in §. feudum, q. 73. in prin. vbi dixit hanc esse communem regulam, & ita moribus feudorum receptum esse.

4 Præmitto etiam, quod † melioramenta Castrorum, & Oppiddorum, quæ effecta sunt vnum corpus cum ipsis Castris, & oppidis, connumerantur inter pertinentias proximas dictorũ Castrorũ, & Oppidorũ, vt manifeste ad sensum patet, & ita nos docuit Menoch. in cõsi. 401. dubitationes permultæ, nu. 149. vol. 5. & in cõs. 504. ĩterrogatus sum, nu. 47. ver. ptinẽtię aũt Castrorũ, vol. 6.

His sic præmissis infertur, quod sicuti fęmina non succedit in feudo, vt dixi in primo præmisso, ita non debet posse succede-
5 re in istis melioramentis, & pertinentijs, quia † sequuntur naturã bonorum feudalium, cum sint quędã accessoria, & accessorium sequatur naturam sui principalis, vt ait Dec. in consi. 516. quoniã causa ista, sub nu. 26. ver. & est regula, & Natta in consi. 505. iampridem, sub nu. 22. ver. accedat, vol. 3. & Menoch. in d. cõsil. 504. nu. 46. ver. quandoquidem pertinentiæ.

Præterea pro prædictorum maiori confirmatione aduertendum est, quod melioramenta, de quibus agitur, consistunt in Palatio Principis pro eius habitatione destinato, necnon in muris, seu męnibus Oppidi Castrigiuffredi, vnde quoad Palatium cer-
6 tum est, quod † Palatia Principum pro eorum habitatione, seu pro iure reddẽdo destinata publica, & regalia sunt, & cũ Castro, & Ciuitate trãseunt in eum, in quem dominium, & Principatus transit, vt ait Marc. Anton. Peregrin. in tract. de iur. fisci, titu. 1.

fiſcus quid ſit,& vnde dicatur,nu.26.verſic.Palatia item Principum,lib.1.

Quo vero ad mœnia dico, quod ea ſine Oppido ſtare, & in eſſe produci nequeunt,vt per ſe patet,& ſunt inſeparabilia ab ipſo oppido,& ideo de illis idem iudicari debet quod de oppido,
7 quia†inſeparabilium inſeparabile debet eſſe iudicium. cap 1.§.è contrario,de inueſtit.de re alien.fact. & tradit Bero. in quæſt.96. ſub nu.5.verſi.melioramenta autem,& Redoan.in tract. de reb. eccl.non alien.quæſt.17.de melioramentorum in rebus eccleſiæ factorum refectione,ſiue refuſione.§.primo igitur,nume.6.ver. ſi verò melioramenta,vbi nu.7.ſubdit ex communi Doctorum
8 concluſione,quod†iura inſeparabilia feudo accedũt,& rem feudalem ſequuntur,& finito feudo ad Dominum feudi reuertuntur,non autem ad hæredes,ad quos feudum non tranſit, & hoc idem notauit Bero.in d.q.96.nu.6. ver. ſed reſpectu ſeruitutum, aliorumque iurium inſeparabilium,ſubiungens,ſic omnes Doctores cõuenire,& Clar.in §.feudum.q.88.ver.ſed quid de ſeruitutibus,vbi ait,ꝙ omnes Doctores ſequuntur hanc cõcluſionẽ.

9 Quod autem huiuſmodi melioramenta, ſeu† mœnia ſint inſeparabilia ab oppido, probatur ex hoc,quòd non poſſunt amo-
10 ueri,deſtrui,aut violari.l.fin.ff.de rerum diuiſ. Nec†licet aliquid facere in eis,ex quo damnum,aut incommodum irrogetur.l.2. ff.ne quid in loco ſacro fiat.

11 Immo nec† ea perforare,vel in illis facere feneſtram.l.qui per forauerit.ff.ad leg.iul.peculat.Boer.in deciſ.232.nu.in fin.& Decian.in c.36.nu.10.ver.licet autem,lib.7.rerum crimin.

12 Et hoc intantum verum eſt, vt†tranſcendens muros alicuius Oppidi,vel Caſtri puniatur extra ordinem iudicis arbitrio, vt ait Bart.in d.l.fi.nu.2.verſi.iuxta hoc quæro.ff.de rerum diuiſ.& Farinac.in q.20.nume.152. ver. limita quinto,lib.1.quæſt.& com. opin.crim.& Magn.in deciſ.Lucenſ.90.num.14. & Menoch. in caſ.483.nu.6.de arbitr.iudi. qui licet loquantur in tranſcendente
13 muros alterius Ciuitatis,quàm Romanæ, quia† tunc tranſgrediens muros Romæ punitur pœna capitis.d.l.fin.ff.de rerum diuiſ.vbi Bart.nu.2.& alij,nihilominus hoc procedit etiam in tranſcendente muros,ſeu mœnia alicuius Oppidi, vel Caſtri, vt ait Roland.à Valle in conſi.84.quoniam,nu.25.verſi.aut loquimur de violatoribus,vol 2.& Decian.in d.cap.36.nu.5.verſi.cum autem,lib 7.rerum crimin.

14 Ratio eſt,quia†muri Ciuitatis,vel Oppidi ſunt ſancti,& in nullius bonis ſunt.§.ſanctæ,Inſti. de rer. diuiſ. Et licet dicantur ſancti quoad alienationem,vt ait Roland. à Valle in d.conſi. 84. ſub nu.20.ver.verum quia,volu.2.

Multo tamen magis erunt ſancti quoad deſtructionem, cum

minus

minus sit alienare, quàm destruere, authē. multomagis. C. de sacrosan. eccles. & Capic. in decis. 27. sub nu. 43. vbi ait, quod muri Ciuitatis sunt sancti quoad alienationem, & violationem.

Altera item ratione mœnia prędicta destrui non possunt, quia
15 sic publice interest, tum quia †tutelam exhibent Oppido, & præbent securitatem habitantibus in eo. l. 1. C. de expens. ludorum, lib. 11. & ibi notat Lucas de Penna nu. 7. & Rolan. à Valle in d. cō
16 si. 84 nu. 4. ver. secundum est, vol. 2. tum quia †se habent ad ornatum oppido decentem, vt subdit ibi Lucas de Penna sub d. nu. 7.

Rursus ad excludendum prædictam Illustrissimam Dominā Catharinam à successione dictorum melioramentoru m, considerandum est, quod ea adhærent, & affixa sunt Oppido, & cum eo facta sunt vnum corpus, & sunt inseparabilia à feudo, vt dixi,
17 quo †casu fœmina non succedit, vt scripsit Tiraquel. de retra. lignag. §. 1. gl. 7. sub nu. 98. in fi. vbi dixit, quod licet fœmina non succedat in Castro feudali, succedit tamen in munimētis ipsius Castri, si ei non adhæreant, secus si adhæreant, quia tunc non succedit, vt hoc idem voluit Addit. ad Isern. in c. 1. in verbo, & plaustrorum, sub nu. 58. ver. quid de mobilibus, tit. quæ sint regal. & ante ipsos Bald. in consi. 232. fœmina regulariter, nu. 1. ver. modo quæritur, vol. 3.

18 Et certum est, quod †appellatione munimentorum veniunt mœnia, quæ muniunt Ciuitatem, vel Oppidum, & dicūtur mœnia à muniendo, & quasi munimenta, vt ait Roland. à Valle in d. consi. 84. sub nu. 4. volu. 2. & tradit Calepin. in suo dictionar. in verbo, munimen, vbi ait, ꝙ munimentum est proprie Castrorū, cæterarumq; rerum, quæ contra aduentum hostium muniuntur, siue vallo, siue fossa, siue alio quouis modo, quo hosti aditus præcludatur.

Non obstant modo Doctores superius in contrariū allegati, qui dicunt, mulierem succedere possę in melioramentis in feudo factis. Quia Menochius allegat Alciatum, & Rolandū à Valle, & similiter Masuerius allegat Rolandum à Valle, Rolandus vero à Valle allegat Parisium, & Ruinū, qui Alciatus, Parisius, & Ruinus mouentur per tex. in c. 1. §. si vasallus, titu. hic finitur lex, cuius hęc sunt verba. Si vasallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipsum sua pecunia meliorauerit, & contigerit postea, vt vasallus sine filio masculo decedat, Dominus aut patiatur ædificium auferri, aut soluat pretium meliorationis. & tamen textus non probat id, ad quod inducitur, tum quia loquitur, quando feudum reuertitur ad Dominum directum, non autem quando reuertitur ad liberos, & descendentes meliorantis, qui fuit, (vt fertur) Illustrissimus, & Excellentissimus q. D. Aloysius Gonzaga auus paternus prædicti Illustrissimi, &

Excellētiſs. Domini Marchionis inueſtiti, ad quem feudum deuolutum eſt, vnde diuerſi ſunt caſus, & diuerſa eſt ratio, ſiqui-
19 dem † notum parentum eſt, & naturalis ratio ſuadet, vt ad liberos perueniant facultates. l. ſcripto hæréde, in fin. ff. vnde legit. &
20 † appellatione liberorum veniunt nepotes, & omnes deſcendentes in infinitum per lineam maſculinam, vt ait Bartol. in l. liberos. ff. de ſenat. & Crauet. in conſi. 130. de anno, nume. 1. ver. breuiter ita difficultas, & in conſi. 155. verba, nume. 3. vbi loquitur in fauorabilibus, & Cæſal. in conſil. 72. in præſenti caſu, nume. 8.
21 & ſequen. volumi. 1. Item † veniunt maſculi, & fœminæ, ac deſcendentes ex fœmina in materia indifferenti, quæ conuenit vtrique ſexui, ſecus ſi maſculis tantum, vt in feudo, in quo fęminæ regulariter non ſuccedũt, vt ait Paul. de Caſtro in l. ſed ſi hac lege. §. liberos, nume. 1. & nu. 2. ff. de in ius vocan. & ibi Alexan. nume. 4. & nume. 5. vbi ſubdit, hoc eſſe menti tenendum. Quæ res non ſic diſpoſita videtur in Domino directo, quod ad eũ per-
22 ueniant facultates vaſalli, ergo † ex diuerſis non bene infertur, vulg. l. Papinianus exuli. ff. de minor.

Tum etiam quia textus ille loquitur in materia feudali, & eſt ſituatus in libro feudorum, quocirca ſecundum regulas feudales eſt intelligendus, ſecundum quas fœmina non ſuccedit in bonis feudalibus, ita vt fęmina non admittatur ad ſucceſſionem huiuſmodi melioramentorum, cum non ſit in eo ſpecialiter in-
23 cluſa, & nominata, ſicuti idem dicitur de lege, quę † in dubio intelligi debet ſecundum naturam, & materiam tituli, ſub quo eſt ſituata, vt ait Bartol. in l. Stichus, verſi. mihi plus placet. ff. de cond. indeb. & Euerard. in loco à rubro, nume. 6. verſi. lex enim, in ſua topic. legal. & Philipp. Franc. in ſua diſputatione petitorij, ſub nu. 8. verſi. nec obſtat ſi diceretur, & Iaſ. in l. ſi filius, qui in poteſtate, ſub nu. 31. ff. de lib. & poſth. ſed talis ſucceſſio deferri debet ad maſculos, cum bona feudalia tranſeant ad eos, non autem ad fœminas, vt dixi.

Similiter textus in dicto §. ſi vaſallus, loquitur in ſimplici melioratione, id eſt, quæ affert commodum, & vtilitatem tantum, non incommodum, & diſpendium, vt ſunt mœnia Oppidi, quæ licet meliorationes dici poſſint, eo quia prębent ſecuritatem oppido, & habitantibus in eo. d. l. 1. C. de expenſ. ludorum, lib. 11. & ibi Lucas de Penna nume. 7. & Roland. à Valle in dicto conſil. 84. nume. 4. verſi. ſecundum eſt, vol. 2. & muniunt Oppidum ad arcendos hoſtes, vt ſuperius probaui. Tamen dici quoque poſſunt quodammodo deteriorationes, eo quia afferunt incommodum, & diſpendium Domino feudi in tenendo Capitaneos, tympaniſtas, milites, ac alios homines ad cuſtodiã oppidi, eiſque ſingulo menſe ſoluendo ſtipendium, prout fit, ac fieri ſolet

in om-

24 in omnibus fortalitijs. Item quia † feudum dicitur deterioratũ ob istud onus annexum, ob quod minus valet, vt ait Ripa in l. 1. §. si hæres, nu. 25. ff. ad trebell. & Dec. in consi. 166. in causa, nume. 4. vbi ait, quod ratione oneris adiuncti res reputatur minus valere, & ante ipsum id voluit Abb. in c. in aliquibus, nume. 2. de decim. & facit Tiraquel. de retra. lignag. §. 15. glo. 1. nu. 3. & nu. 5.
25 vbi ait, quod † in æstimando reditu, vel pretio alicuius rei est habenda ratio impensarum, & Couar. in cap. 3. sub nu. 4. ver. quinto infertur, lib. 1. var. resolut. vbi ait, posse iustè emi rem valentẽ cẽtum minori pretio, nempe octuaginta, si ea res habet aliquod onus annexum.

26 Vnde † sicuti in statutis dispositio loquens in simplici non habet locum in casu mixto, vt ait Ias. in §. omniũ, nu. 28. ver. sed circa ista, Insti. de act. & Thob. Non. in consi. 95. quæ supra, sub nu. 11. & Farinac. in q. 24. nu. 172. lib. 1. quæst. & com. opin. crimin.

27 Ita etiam dicendum est in consuetudine, quia † inter statutum, & consuetudinem nulla est differentia, nisi quod statutum expressum Populi consensum habet, consuetudo vero tacitum, vt ait Bart. in l. diuturna, versi. item statutum. ff. de legib. & Gail. in obseruat. 31. nume. 10. versi. vnde etiam, lib. 2. & Vuesembec. in tract. de feud. in procem. sub nume. 6. versi. porrò certum est,
28 vbi ait, quod † statutum, & consuetudo æquiparantur, & ob id Doctores de statuto, & consuetudine mentionem habentes vt plurimũ de vtroque promiscue loquuntur, vt ait Lancel. Gall. in consuet. Alexandrin. in præfat. 4. nu. 19. ver. inde fit, & num. 20. ver. quia ius ciuile.

Quòd autem simus nos in consuetudine, constat ex hoc, quod textus in d. §. si vasallus, positus est in vsibus feudorum, sub rub. hic finitur lex, deinde incipiunt consuetudines Regni, vbi glos. Aluarot. Isern. & Afflict. id attestantur, & certè quod dicitur in
29 d. §. si vasallus, nihil est, quàm consuetudo, quæ † licet sit in scriptis redacta, nihilominus manet consuetudo, vt ait Bartol. in l. de quibus, nume. 8. versicu. item quæritur. ff. de legib. & in l. 2. nume. 1. ff. de vulg. & pupil. & ibi Franc. Aret. sub nume. 2. & Ripa sub nu. 13. ver. secundo mouetur, & Ias. sub nu. 11. ver. non obstat secunda ratio, & Imol. in c. Raynucius, nu. 88. ver. circa secundã, de testam. & Vuesembec. in tract. de feud. in procem. sub num. 6. versicu. & certe, & Roch. de Curte in rubr. de consuetud. in præfat. sect. prima. nume. 6. versi. tertio aliter respondet, & Clar. in §. feudum, quæstio. 2. vbi de communi testatur, qui omnes concludunt, consuetudines feudorum dici consuetudines, & si sint in scriptis redactæ, quia fuerunt compilatæ per quosdã priuatos, quamuis aliter arbitrati fuerint Ias. & Roch. de Curte vbi supra, in alijs consuetudinibus insertis, in corpore iuris per ha-

bentem authoritatem legis condendæ, qua de re videndi sunt Purpurat.& Dec.qui fuerunt contrariæ opinionis, ille in l. 1. nu. 55.ff.si cert.pet.hic verò in rub.de consuet.nu.2.cũ seq.vbi copiose,& Io.Bapt.Caccialup.de feud.cognit.art.5.nu.1.

Vel saltem dicendum est, Doctores pro cõtraria parte allegatos intelligi debere, quãdo melioramenta non adhærent feudo; secus si adhærent, vt in casu nostro, quia tunc fœmina nõ succedit, vt dixi per Bal. Tiraquell. & Addit.ad Isern. in locis superius
30 citatis, nam †opiniones per distinctiones sunt ad concordiam reducendæ, vt ait Riminald.iun.in princi.Institu. de donatio.num. 14. versicu. opiniones enim, & Cacheran. in decis.21. Domina Angela, nume.16.versi. & hæc opinio, vbi ait, quòd opinio media,& distinguens est tenenda, maximè quando per distinctionem tollitur Doctorum repugnantia, & idem repetiuit in decis. 162. dato quod feudum, nume.8.versi.sumenda est ea opinio, & Corat.in tract de commun.opin.lib.1.titu.6 nu 80. vbi pluribus allegatis dixit, hanc esse receptissimam, & verissimam Docto-
31 rum opinionem, quod †opinio distinguens in dubio tenẽda est, quia præsumitur verior, vt ibi per eum nu.81.

Circa secundum articulum res etiam expedita videtur, ꝙ Illustrissima D. Catharina licet succedere non possit in huiusmo-
32 di melioramentis, tamen †præfatus Illustrissimus & Excellentissimus D. Marchio inuestitus eidem soluere debeat pretium dictorum melioramentorum, vt voluit Menoch.in d. consi.689, respondendum, per totum, vol.7.vbi consuluit ad fauorem Illustrissimæ,& Excellẽtiss.D. Principissę Hostiliani filię Illustriss. & Excell.q.D.Ducis Vespasiani Gonzagæ pro melioramẽtis factis in Ciuitate Sabloneta patriæ meæ, qui mouetur ex infrascriptis.
33 Primo, quia †melioramenta facta à vasallo in re feudali, sunt eius propria, non autem Domini directi, & ob id mortuo ipso vasallo,& feudo ipso ad Dominum directum deuoluto, melioramenta pertinẽt ad hæredes vasalli, vt ait Paris. in consi.2. consultus, nu.51.ver.ad illud autem,& in consil. 4. considerãdo, nume.40.versi.prout etiam nulla, volu.1.vbi ait, hoc carere dubitatione,& in consi.28.Simon, nume.2.ver. & faciunt, vol.3. vbi ait, quod ita volunt omnes scribentes,& Clar.in §.feudum, quęstio.88.versi.1.vbi dixit, quod omnes Doctores sequuntur istam conclusionem,& Brun.in consi.105 ista prohibitio, sub num.7. vbi loquitur siue feudum deuoluatur ad Dominum, siue ad agnatos,& Socin.in l.diuortio, sub nu.10.ver.nam quoad meliorationes, ff.solu.matr.& Rum.in d.cõsi.24.nu.10.& in consi 132. viso instrumẽto, nu.3.ver.quia certissimi iuris est, vol.1. & sic de cõsuetudine seruari testatur Guid. Pap.in q.169.sub nu.1. & Alciat.in cõsi.13.quęritur nũquid, nu.16. lib.3.& Bero.in q 96. sub nu.4.

nu.4. vbi dixit, quod ista est magis communis opinio, & quod ita de consuetudine seruatur,& alios allegat Menoch. in d.cõsi. 689.nu.8.vol.7.addo Vuesembec.in tract.de feud.ca.9.& 10. de fine & effectu feudi,nu.6.ver.præter fructus, vbi tamen subdit, Saxones hoc non admittere.

Secundo per id,quod dixit Præposit.in c.1. §. è contrario,nu. 2.in fin.de inuest.de re alien.fact. vbi scriptum reliquit, quod si
34 †vasallus acquisiuit aliquid indiuisibile à re feudali, si Dominus petit feudum,debet soluere hæredibus vasalli valorem illius rei acquisitæ,& Menoch.in d.consi.689.nu.18.ver.nõ obstat, vol.7. & Bero.in d.q.96.nu.7.ver.an autem,vbi ait, quòd licet quando melioramenta sunt inseparabilia feudo accedant, & rem feudalem sequantur,& cõsequenter finito feudo vna cum illo ad Dominum reuertantur,non ad hæredes,ad quos feudum non tran-
35 sit,tñ†Dominus,vel alius,ad quem feudum reuertitur vna cum iure inseparabili, ex natura feudi tenetur satisfacere de pretio iuris acquisiti,& sequitur Redoan.in tract. de reb.eccl. non alien. q.17.de melioramentorũ in rebus ecclesiæ factorum refectione, vel refusione.§.1.nu.8.ver.sed licet,& ante ipsos Afflict.in c.1.§. è contrario,nume.3.versi.sed iuxta hoc quæro, de inuestit. de re alien. fact.

36 Tertio quia † vbi melioramenta non possunt commode, seu sine deformitate Ciuitatis,vel oppidi,in quo facta sunt,separari, solui debet eorum æstimatio hæredibus illius, qui ea fecit, vt ait Menoch.in d.consi.689 nu.15.ver.immo ea,& nu.19.volu.7. per Bar.Bald.Ang.& Lancel.Dec.in l.senatus.§.Marcellus.ff. de legat.1.& Ruin.in consi.24.nu.10.circa medium, vol.1.

Quarto quia præfatus Excellentiss. D. Marchio locupletare-
37 tur cum aliena iactura,quod†esse nõ debet.c.locupletari, de regu.iur.in 6.l.nam hoc natura.ff.de cond.indeb. & Menoch.in d. consi.689.nu.6.ver.primo ratione naturali. vol.7.

Quibus tamen non obstantibus contrarium teneo,quia nulla lex dicit,quod melioramenta,maxime quæ consistunt in mœnibus alicuius Ciuitatis, vel oppidi,solui debeant præsertim fœminæ hæredi per Dominum,vel per agnatum,ad quem feudum ip
38 sum deuolutum est, vnde † quod non dicit lex,nec nos dicere debemus,cap.illa, ne sede vacan. ibi, cum nusquam reperiatur cautum in iure.c.is qui,de senten.excom.in 6.l.si seruum.§.non
39 dixit prætor.ff.de acquir hæred.&†quod in lege non cauetur, in practica non habetur,dicebat Bal.in c.nihil est,nume.25.in fi.de elect.& ego scripsi in q.23.nu.15.lib.1.

Non obstant in contrarium allegata,& primo nõ obstat quod dicebatur, melioramenta facta à vasallo in re feudali esse eius propria,nõ autem directi Domini, & ob id mortuo ipso vasallo,

& feudo reuerso ad Dominum directum, pertinere ad hæredes ipsius vasalli.

Quia Doctores, qui hoc dicunt, allegant textum in c.1.§.si va-
40 sallus, tit. hic finitur lex, qui † intelligendus est, prout loquitur, & ipsi dicunt, quando feudum reuertitur ad Dominum, secus quando reuertitur ad agnatos descendentes meliorantis, vt in casu nostro, in quibus casibus diuersa est ratio, vt superius notaui versi. non obstant Doctores.

Præterea intelligendus est, quando hæres masculus succedit, qui succedere potest in feudo, secus quando fęmina est hæres, quæ sicuti non potest succedere in feudo, ita nec in melioramentis in feudo factis, quæ sequuntur naturam feudalem, vt dixi in princ. ver. his sic præmisis. Tanto magis quia textus in d.§.si vasallus, loquitur in materia feudali, & est insertus in libro feudorum, vnde secundum regulas feudorum interpretandus est, secundum quas fęmina non succedit in bonis feudalibus, vt dixi supra ver. tum etiam quia textus.

Rursus ille textus loquitur in simplici melioratione, quæ affert commodum, & vtilitatem tantum, non in ea, quæ simul affert incommodum, & damnum, vt sunt męnia alicuius Oppidi, per ea, quæ superius copiose dixi ver. similiter textus, quia in materia consuetudinis, vel statuti dispositio loquens in simplici, nō habet locū in mixto, vt pariter superius scripsi ver. vnde sicuti, & ver. ita etiam, & ver. sequenti.

Et eisdem modis responderi potest ad Præposit. in c.1.§. econtrario, nu.2. in fi. de inuestit. de re alien. fact. quem allegant Bero. & Menoch. in locis præcitatis ver. secundo per id quod dixit Pręposit. dicentes vna cum eo, quod si vasallus acquisiuit aliquid indiuisibile a re feudali, si Dominus petit feudum, debet soluere hæredibus vasalli valorem illius rei acquisitæ.

Quia Præposit. & alij allegant textum in d.c.j.§.si vasallus, tit. hic finitur lex, qui non loquitur in casu nostro, & patitur declarationes, de quibus supra, quæ casui nostro non conueniunt.

Insuper ille textus in d.§.si vasallus, per Prępositum, & alios allegatus, non probat eorum intētionem, immo potius repugnat, dum vult, quod solum Dominus debet pati, quod melioramenta tollantur, ergo vbi tolli non possunt, ut in casu, de quo agitur, per superius dicta, vers. quod autem huiusmodi melioramenta, cum versiculis sequentibus, cessat decisio illius textus, quia quā-
41 do † lex vnum dicit, & aliud præsupponit, non habet locum decisio illius legis, vbi præsuppositum verificari non potest, vt ait glo. in l. mancipia. C. de seru. fugit. & Felyn. in c. nonnulli, sub nu. 34. de rescrip. addo Surd. in consi. 45. excludenda, nu. 20. vol. 1. & Paseth. in cōsi. 128. illustris, nu. 29. & Grat. in cōsi. 63. ex themate, num.

numero 16.verſicu.quinto confirmatur, volum.primo, vbi ſubdit, hoc adeo verum eſſe, vt etſi verba alicuius diſpoſitionis cõpetant pro maiori parte, ſi non competant in totum, diſpoſitio non verificatur in eo.

Ille ergo textus, qui vult permitti vaſallo tollere, debet neceſſario intelligi, quando tolli poſſunt: quando vero tolli non poſſunt, loquitur textus in ca.1.§.econtrario, de inueſtit.de re alien. fact. qui aliter concordari non poſſunt, quicquid dixerint Præpoſitus, & ſequaces, qui loquuntur ſine lege, & ratione, vt egregie animaduertit Curt.iun.videndus in conſi.165.præſupponitur in facto, nu.11.num.12. & num.13.vbi ſubdit, ſe non videre, qua ratione, aut quo colore Præpoſitus voluerit extendere diſpoſitionem textus in d.§.ſi vaſallus, qui loquitur in materia diuidua, vt procedat in materia indiuidua, per quæ leges, & Doctores faciunt maximam differentiam, vt ibi per eum.

Nec obſtat quod tertio dicebatur, æſtimationẽ melioramentorum ſolui debere hæredibus illius, qui ea fecit, quando melioramenta non poſſunt commode, ſeu ſine deformitate ciuitatis, vel oppidi, in quo facta ſunt, ſeparari.

Quia reſpondeo, ꝙ Ruinus, & Menochius allegant Doctores, qui non loquuntur in terminis noſtris, poſteaquã loquuntur in materia ſui natura tranſitoria ad fęminas, licet ne vrbs deformetur ruinis, fęmina hæres poſſit conſequi æſtimationem tantum: nos vero ſumus non ſolum in materia, in qua Oppidum deformatetur ruinis, ſed etiam in materia feudali, in qua fęmina regulariter ſuccedere non poteſt, vt ſupra ſæpe dixi.

Præterea loquuntur in melioramentis, quæ afferunt ſimpliciter commodum, & vtilitatem, vt ſunt ſimpliciter melioramenta: nos autem in melioramẽtis, quæ afferunt quoque damnum, & incommodum, & plus damni & incommodi habent, quam commodi, & vtilitatis, vt ſuperius dixi: quocirca quodam modo deteriorationes magis dici poſſunt, quam meliorationes, & ideo
42 non ſunt ſoluendæ, tum quia † vaſallus conditionem feudi deteriorem facere non poteſt ſine Domini voluntate, vel agnatorum, ad quos per ſucceſſionem pertinet, licet meliorem facere poſſit. cap.1. §. econtrario, in fi.de inueſtit.de re alien.fact.& feudum factum eſt deterius propter onus ſoluendi ſtipendia militibus pro cuſtodia Caſtri, vt dixi, & probaui: tum etiam, quia non
43 eſt inconueniens, quod † commodum cum incommodo compenſetur, vt ait Caſtrenſ.in l.1.§.denique, nu.2.ff.de aq.plu. arcen. & Sebaſt.Medic.in tract.de compenſat.q.45.nu.1.in 1.part.nam
44 qui ſentit damnum, ſentire debet commodum, & † qui in vno grauatur in alio releuari debet, Afflict.in c.1. §.ſi quis de manſo, nu.20.uerſi.tertio facit, de controuerſ.inueſtit.

Amplius

Amplius iſta melioramenta ſunt inſeparabilia à feudo, vt ſuperius probaui, ergo feudum ſequuntur, nec eſt refundenda æſti
45 matio, ſicut non eſt refundenda de feudo, ut † eſt textus in d.c.j. §.è contrario, de inueſtit. de re alien. fact. ſi bene ponderetur, ibi, & ſicut partem feudi diſponendam eſſe, vbi loquitur de ſeruitute, & ſic de iure inſeparabili à feudo. Nec inconuenit, quod augumentum ſit eiuſdem conditionis, & naturæ, cuius eſt id, cui accedit, nec quod acceſſorium tale recipiat priuilegium, ſicut principale, Afflict. in dicto §. ſi quis de manſo, numero 19. verſic.
46 ſecundo idem facit. Immo † acceſſorium non mutat naturam principalis, quia eſt pars ipſius feudi principalis, ut ait idem Affli. in loco mox citato, nu. 23.

Addatur pro reſponſione, quod ſi Dominus, uel agnatus, ad quem feudum deuolutum eſt, tenetur ſoluere pretium melioramentorum inſeparabilium magis odioſum eſſet, quam ſi melioramenta eſſent ſeparabilia, quia hoc caſu arbitrarium eſt, vel pati, quod tollantur, vel ſoluere pretium. ca. primo, §. ſi vaſallus, titu. hic finitur lex. at in illo præcluſa eſſet huiuſmodi libertas, ꝙ
47 non eſt dicendum, quia magis conuenit, quod † ratione inſeparabilitatis aliquid concedatur, quod alias non concederetur, vt notat Afflict. in d. cap. primo, §. econtrario, num. 7. de inueſtit. de re alien. fact. nam inſeparabilium inſeparabile debet eſſe iudicium, ut in d. §. econtrario, & maxime in caſu noſtro, in quo me
48 lioramenta facta ſunt vnum corpus cum oppido, & † ideo vna, eademque res diuerſo iure cenſeri non debet. l. eum qui ædes, ff. de uſucap.

Non obſtat quartum argumentum, quia negatur, quod Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D. Marchio locupletaret cũ aliena iactura, tum quia dicitur potius perdere, quam lucrari propter impenſas faciendas in tenendo milites ſalariarios ad cuſtodiam Oppidi occaſione dictorum mœnium, tum etiam quia Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus q. D. Aloyſius Gonzaga eius auus paternus, dicitur feciſſe dicta melioramenta, & ideo dato ſine veritatis præiudicio, quod locupletaretur, non diceretur locupletari cum aliena iactura, quia ratione naturali parentes parant liberis, & deſcendentibus facultates ex ſucceſſione. l. ſcripto hæ
49 rede. §. fi. ff. unde legit. & dixi ſupra, tanto magis quia † qui aſſerit aliquem locupletari, uel locupletatum, debet probare ſpeciẽ locupletationis. l. ei qui dicit. ff. de probat. Menoch. in præſumpt.
50 27. ſub numero decimo. lib. 6. de præſump. Et † quatenus etiam locupletaretur, id facit authoritate iuris, & iure permittente, ut ex omnibus ſuperius dictis liquere poteſt, quo caſu regula. c. locupletari, de reg. iur. in 6. cum ſimil. non procedit, ut ait ibi gloſſ. in uerbo, locupletari, ubi loquitur de præſcriptione, & de exce-

ptione

ptione non numeratæ pecuniæ, quæ si infra debitum tempus non opponitur, petens locupletatur cum aliena iactura. l. in contractibus. C. de non numer. pecun. & ita declarat gloss. in d. capit. locupletari, in uerbo, locupletari.

In eodem casu.

Viso nuper instrumento diuisionum factarum inter quon. Illustrissimos Principes Dominos Alphonsum, Ferdinandum, & Horatium fratres de Gonzaga, ac inuestituris, dico, prout dixi, Illustrissimam D. Catherinam filiam, & hæredem præscripti Illustrissimi D. Alphonsi, non posse succedere in melioramentis factis in Oppido Castrigiuffredi, quæ consistunt in mœnibus ipsius Oppidi, nec eorum pretium refundendum esse, siquidem dicti Illustrissimi Domini deuenerunt ad diuisionem bonorum paternorum, ut patet in dicto instrumento, in quo non legitur, nec apparet, quod ista mœnia fuerint diuisa, immo nec nominata, nec in consideratione habita, quod euenisse potuit, uel quia ipsi Illustrissimi fratres sciuerint mentem Excellentissimi quon. D.
51 Aloysij eorum patris, quod † ea fecerit, ut essent feudalia, & cũ feudo transirent, & tunc non sunt restituenda, nec eorum pretium soluendum est, vt ait in specie M. Ant. Peregrin. in tract. de fideicommiss. artic. 50. sub num. 53. versicul addo ego, ubi etiam loquitur in fortioribus terminis, quando scilicet melioramenta sunt separabilia, & in casu nostro sunt inseparabilia, ut in alijs deduxi. Aut quia in nullius bonis essent, ut est textus in §. sanctæ, Instit. de rerum diuisio. & tunc pariter ipsa Illustrissima Domina
52 non succedit, nec pretium persoluendum est, quia † quod non est in bonis alicuius, ipse ad hæredes transmittere non potest. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. cap. nemo potest, eod. tit. in 6. Aut quia habuerunt ea pro feudalibus, prout verè sunt, quia sunt de pertinentiis feudi, & sequuntur naturam bonorum feudalium,
53 vt dixi in alijs scriptis, vnde † Illustrissima Domina Catherina heres vnius ex dictis Illustrissimis fratribus facto defuncti contrauenire non potest, dicendo melioramenta esse allodialia. l. cũ a matre. C. de rei vendicat. l. ex qua persona, ff. de reg. iur. Dec. in consi. 516. quoniam causa ista sub num. 22. Aut quia præfatus Illustrissimus Dominus Alphonsus ea ipsa ratione crediderit, æquum, & iustum esse, ipsa melioramenta transire cum feudo, &
54 sic alios eius fratres non habere partem in eis, ergo † quod æquum, & iustum visum est sibi in aliorum personis, id in ipsius quoque persona statui debet. l. prima, ff. quod quisque iur. capit. cum omnes, de constit. facit capit. quod semel placuit, de reg. iu. in 6. quo genere argumenti astringitur quoque Illustrissima

Domina

55 Domina Catherina vti prius hæres, qa † hæres reputat vna eadẽq; psona cũ defuncto. §.j.in Auth.de iureiu.a morient.pręstit. Et dato sine veritatis præiudicio, q̃ dicta melioramenta sui natura essent allodialia, tñ cum Illustriss. D. Alphonsus permiserit se inuestiri de feudo, & attinentijs, ac pertinentijs, effecta sunt feudalia, meritò sequuntur naturam bonorum feudaliũ, in quib. fœmina non succedit iurib. in aliis meis allegatis. Nec dubitãdum
56 est, quin † res allodialis possit effici feudalis, vt ait Roland. a Valle in consi. 90. tota machina, num. 15. & nu. 16. vol. 4.

ARGVMENTVM.

An hęres intentans beneficium l. fina. C. de edict. Diui Adrian. tollen. teneatur probare, testatorem tempore eius mortis possedisse bona, in quorum possessionem immitti petit?

SVMMARIVM.

1 *Hæres intentans beneficium l. fi. C. de edict. Diui Adr. tollen. tenetur probare, testatorem tempore eius mortis poßedisse bona, in quorum poßessionem immitti petit secundum aliquos.*

Sed alii aliter sentiunt dicentes, heredem non teneri facere huiusmodi probationem, sed quod sufficit commißio iudicis nuncio facta, ut eum mittat in poßessionem bonorum, quæ tenebantur per testatorem tempore suæ mortis a nuncio perquirendorum, ibi, uersi. aliis uero.

Et istis tenet Author comprobans eorum opinionem, & respondens his, qui priorem sententiam sequebantur, per totam.

2 *Nuncio si mandatum est, ut creditorem mittat in possessionem bonorum Titii debitoris, & nuncius refert concessisse tenutam in talibus bonis debitoris, non solum creditur eidem nuncio, quod creditorem in poßessionem miserit, prout sibi commißum fuit, sed in dubio creditur eidẽ, quod illa sint bona Titii debitoris, in quibus missio facta reperitur, saltem donec de contrario doceatur.*

3 *Bonorum poßessio dicitur iudicium uniuersale.*

4 *In iudicio uniuersali non est neceße primo momento, seu in prima instantia res hæreditarias specificare, nec probare, sed tantum in executione examinabitur.*

5 *In remedio. l. fi. C. de edict. Diui Adr. toll. an sufficiat præsumptiua probatio mortis testatoris factæ iudici per ostensionem testamenti?*

6 *In remedio l. fi. C. de edict. Diui Adr. toll. dicitur tractari de possessorio.*

7 *In poßeßorio iudicio sufficit probare factum sine qualitate.*

QVAE-

QVAESTIO XXXXIII.

INterrogatus a Domino Antonio de Bassis procuratore Domini Iacobi de Zambellis de Bozulo super quæstione in facto existente, nunquid hæres intentans beneficium l.fi.C.de edict. Diui Adr. tollen. teneatur probare, testatorem tempore eius mortis possedisse bona,in quorum possessionem immitti petit? Respondi nonnullis
1 placuisse, hæredem † in remedio prædicto probare debere,bona,in quibus petit missionem, fuisse possessa a testatore tempore mortis suæ,inter quos primus est Bart.in d.l.fi.sub nu.21.vers. si vero probat titulum.C.de edict.Diui Adrian. tollen. vbi dixit, quod hæres non est mittendus in possessionem,non probans illud,quod est causa suæ intentionis,scilicet defunctum possedisse tempore mortis,subdens id a lege requiri, & idem tenuit Pract. Papiens.in forma libell.quo petit.hęred.ex testam.in uerbo,possidebat,nu.1.vbi dixit,quod hęres vt obtineat missionem, inter cętera probare tenetur, quod res, in quibus petitur missio,fuerint in bonis defuncti tempore eius mortis,sicque secundum ipsum practica erit, cum fieri quæritur missio per hęredem scriptum, vt bona singulariter describantur in libello, seu requisitione,& probetur tempore mortis defuncti fuisse in eius bonis,per d.l.fina.& eiusdem opinionis fuit etiam Angel. Aretin.in §.quadrupli,sub numero 45.versicu.aduertas tamen,Instit. de act. vbi dixit, quod hæredi incumbit onus probandi,deducendi,& articulandi, quod res detinerentur per defunctum tempore mortis,alias non posset obtinere,& hoc idem voluit Dec.in d.l. fina. sub numero 40.versic.& ad hoc facit,vbi ait,quod cum dispositio d. l. fina. loquatur de hærede scripto in testamento non abolito, & in bonis, quæ fuerunt testatoris,istæ qualitates verificari debent, quia dispositio, quæ loquitur cum certa qualitate, non habet locum, nisi illa qualitas probetur per iura ab ipso inibi allegata.

Alijs vero placuisse,vt hęres id probare nō teneatur, sed quod sufficit commissio iudicis nuncio facta,vt eum mittat in possessionem bonorum,quæ tenebantur per testatorem tempore suæ mortis a nuncio perquirendorum, vt ait Salycet. in dicta l.fina. sub numero quarto. C. de edict. Diui Adrian. tollen. vbi dixit, quod actor in fine suæ requisitionis si vult, potest res, quarum petit possessionem describere, & si non vult,potest omittere, sed nuncius illa, perquiret, & hoc idem tradit Paul. de Castro ibi sub numero sexto, versicul. in dubio autem, vbi ait, quod si nuncius retulit immisisse hæredem in possessionem taliū rerum

secundum

ſecundum quod habuit in mandatis, præſumitur, quod illa tene bantur, & poſſidebantur tempore mortis per defunctum, niſi ap pareat contrarium, & ſic ille, inquit, qui aſſerit contrarium, dicendo, quod non tenet immiſſio, quia non poſſidebantur per defunctum tempore mortis, habet neceſſe hoc probare, quia in dubio præſumitur pro actu iudiciario, cum iudex committat nuncio, vt eum mittat in poſſeſſionem bonorum, quæ tenebantur per defunctum tempore ſuæ mortis, & eum refert, & ſequitur Dec. in d. l. fin. num. 17. verſic. ſeptimo nota. C. de edict. Diui Adr. tollen. & idem tenuit ibi Sapia, num. 22. & num. 23. & Iacobin. de Sancto Georg. num 52. verſic. ſed Bartholomæus de Salyceto, vbi ſubdit, quod iſta eſt bona practica, & Alexand. in conſi. 101. viſis omnibus actis, ſub numer. 9. verſic. nec etiam eſt neceſſe, volum. quinto, vbi dixit ſequendo Salycetum, quod in remedio d. l. fi. non eſt neceſſe exprimere, & ſpecificare bona, ſed nuncius poſtea lata ſententia habet hoc inueſtigare, & Natta hanc eandem opinionem tenuit in conſi. 654. fuit ſuperius numero quarto, & in additio. ad Alexand. in dicto conſi. 101. in vltima additione.

Quæ opinio comprobatur ex his, quæ notauit Decius in capi. cum parati, num. 46. verſic. & ad hoc bene facit, de appellat. vbi

2 dixit, quod † ſi nuncio mandatum fuerit, vt creditorem mittat in poſſeſſionem bonorum Titij debitoris, & nuncius refert con ceſſiſſe tenutam in talibus bonis debitoris, non ſolum creditur nuncio, quod creditorem in poſſeſſionem miſerit, prout ſibi cō miſſum fuit, ſed in dubio creditur nuncio, quod illa ſint bona Titij debitoris, in quibus miſſio facta reperitur, & ſubdit ita Senis reſpondiſſe, & idem ſequutus eſt Alciat. in regu. 3. præſumpt. 14. nu. quinto, uerſi. item creditur, & Tiraquell. de retra. lignag. §. 8. glo. 9. num. 22. verſic. porrò autem, vbi allegat ad id Imol. & Alexan. & ante hoc voluit Salycet. in l. ob maritorum, nume. ſecundo, ver. iuxta dictum huius gloſſæ. C. ne vxor pro marit. & idem ſcripſit Natta in d. conſi. 650. nu. quinto, & Granut. in theorem. 19. ſub nu. 16. verſi. item quod nuncio, vbi hoc intelligit eſſe verum, donec de contrario doceatur.

3 Rurſus fulciri poteſt ex hoc, quia † bonorum poſſeſſio dicitur iudicium vniuerſale, vt ait Barto. in l. 1. num. 7. & ibi Bald. nu. 11. ff. de eden.

4 Sed † in iudicio vniuerſali non eſt neceſſe primo momento, ſeu in prima inſtantia res hæreditarias ſpecificare, nec probare, ſed tantum in executione examinabitur, quæ ſint, vt ait Bart. in d. l. 1. ſub num. ſeptimo, in fi. & ſub num. 9. verſic. & aduerte, & ibi Pau. de Caſtro nu. 7. verſi. prima oppoſitio, & Iaſ. nu. 28. verſi. ſecundo concluſio, & Alex. nu. 18. in princip.

Ergo

Ergo hæres petens bonorum possessionem, non tenetur probare, ea tenta fuisse a testatore tempore mortis, sed nuncius cõmissa sibi per iudicẽ executione inuestigabit, & perquiret, quæ sint, iuxta opinionem Salycet. Alex. & sequacium.

Præterea si diceremus, quod hæres teneretur probare bona, in quibus petit missionem, fuisse possessa a testatore tempore mortis suæ, destrueretur, & vana penitus esset illa Doctorum cõ
5 clusio, quæ habet, quod † in remedio d.l. fi. sufficit præsumptiue probare de morte testatoris ostendendo iudici testamentum, nam eo ipso quod hæres habet testamentum, præsumitur, quod testator sit defunctus, quia non daretur per notarium viuo testatore, vt ait Bart. in d.l.fi.num. 11. versic. sed dices tu, & ibi Salyce. sub num. 17. versicu. vnum tamen non omitto. C. de edict. Diui Adr. tollen. vbi etiam dicunt, quod si forte iudex vellet probationem sacramentalem hæredis, sufficeret, & opinionem prædictorum indistincte sequutus est Ias. num. 13. & nume. 14. quam communem dixit Curt. iun. num. 54. versic. subdit tamen Bartolus, & Ang. Aretin. in §. quadrupli, sub nume. 45. versic. aduertas tamen, Insti. de act. & Alexand. in consi. 101. visis omnibus actis, num. 9. versic. nam eo ipso, volum. quinto, & Ioan. Sichard. in d. l.fi. sub numero 24. vbi dixit, quod opinio Bartoli seruatur in practica, & alios citat Mascard. in conclus. 1074. nume. 6. de probat. qui tamen num. septimo, recitat contrarium tenentes, & ideo numero 8. distinguendo dixit, quod aut hęres non exhibet testamentum sibi traditum a notario authore Prætore, & tunc oritur præsumptiua probatio mortis testatoris: aut non fuit traditum authore Prætore, & tunc oritur talis præsumptiua probatio, vt ait etiam Curt. iun. in d.l.fin. num. 55. & ibi Sapia numero 35. versic. non obstat. C. de edict. Diui Adr. tollen. & vide aliam distinctionem per Achill. Personal. in tract. de adipiscen. possess. sub num. 70.

Nam probando, bona fuisse a defuncto possessa tempore eius mortis, sequeretur plena probatio mortis testatoris, & nunquã haberet locum præsumptiua probatio oriens ex ostensione testamenti etiam authore Præter editi, quod non est dicendum.

Et hæc vltima opinio, vt reuertar ad casum principalem, est tanquam vera, & communis, quæ vt verior quoque appareat, ad contraria respondebo.

Non obstat igitur Bartolus in contrarium allegatus, quia non probat eius opinionem, inquit enim pro ratione, d.l.fi. requirere, quod hæres mittatur in possessionem bonorum defuncti tempore mortis tentorũ, & possessionẽ, quod ego quoq; fateor, sed tñ nego. d.l. requirere, & deponere, vt hæres probare debeat, ꝙ bona testatoris, in qb. petit̃ missio ab eo possiderent̃ tpe mortis.

Et si

Et si dicere vellet prout facit Dec.in d.l.fi.sub nu. 40.ver.& ad hoc facit.C.de edict.Diui Adr.toll.patet responsio inferius,nu.6.

Similique modo responderi potest ad Pract.Papiens.qui tantum allegat d.l.fi.quę tamen nō probat eius opinionem,vt dixi.

Ad Ang.vero Aret.respondeo,quod allegat gl.in d.l.fi. in uerbo,fuerunt,quæ id non dicit,ad quod allegatur.

Nec est faciendum aliquod fundamentum super opinione Decij,tum quia est sibi contrarius, vt supra patet, tum etiam
6 quia ratio sua non procedit in remedio d.l.fi.in quo † dicitur tractari de possessorio,vt ait Bart. in ea ipsa.l. fi.nu.6.& ibi Ioan.Sichard.nu.25.ver.& potest esse ratio,& Dec.nu.15.ac alij.

7 Et † in possessorio sufficit probare factū sine qualitate,vt tradit egregie Ang.in l.1.sub nu.10.versi.scias tamen,ff.de eden.vbi dixit,quod in possessorio sufficit probare factum,vtputa inquit, si dico,ꝙ me spoliasti possessione annui census mihi debiti,licet non probem censum deberi mihi,si tamen probo spoliationem sufficit ad victoriam,& sufficit ita obtinuisse in facto.

Et ꝙ sufficiat in iudicio possessorio probare factum,licet non probetur qualitas,expresse voluit Fely. in c.licet causam,sub nu. 42.ver.nono limita,de prob.& Abb. in c.cum ad sedem , nu.28. ver.sed circa istum vltimum,de restit.spol.vbi ait,ꝙ agenti conditione.c.reintegranda.3.q.4.non incumbit onus probandi iniustitiam omissionis,sed sufficit probare se antiquitus possedisse,licet ille textus fundet dispositionem suam super iniustitia, cum dicat,& propter iniustas causas, propter quod videretur dicendum, quod agens deberet probare illam qualitatem,quæ secundum ipsum videtur causa suæ intentionis.

Sed in casu nostro hęres exhibendo testamentum iudici non abolitum, nec vitiatum debet mitti in possessionem bonorū testatoris, licet non probet, quæ sint bona a testatore possessa tp̄e suæ mortis,sed nuncius ea perquiret, & inuestigabit,vt supr. dixi.

Vide circa hanc quęstionem Menoch. in tract. de adipiscen. poss.remed.4.num.291.cum seqq.vsque ad fi.quem non habebam tempore,quo consului pro Domino Iacobo Zambelio.

ARGVMENTVM.

An pater teneatur, & cogi possit fideiubere pro filio, de aliquē non offendendo? distinguuntur duo casus.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur præstare cautionem de non offendendo pro se, filiis, & familiaribus suis, quando pater est principalis delinquens, vel particeps delicti,*

delicti, aut minarum per filios, & familiares illatarum.

2 *Pater non tenetur præstare cautionem pro filio de aliquem non offendendo, quando ipse filius inculpatur, quòd aliquem percußerit, vel alicui minatus fuerit de offendendo.*

3 *Filius non debet portare iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij, & sub num. 4.*

4 *Vnus ex delicto, vel odio alterius prægrauari non debet.*

5 *Delicta debent tenere suos Authores.*

6 *Culpa vbi non est, ibi non debet esse onus.*

7 *Filius non præsumitur delinquere de mandato patris.*

8 *Pater semper præsumitur capere bonum consilium pro filio.*

QVAESTIO XLIIII.

IN facti contingentia quæsitum est, nunquid pater teneatur, & cogi possit ad prestandum cautionem pro filio de aliquem non offendendo? In quo articulo ego breuiter dixi, duos casus considerari posse inter se valde differentes. Primus est, quando pater est principalis delinquens, vel particeps delicti, vel minarũ per filiũ alicui allatarũ,
1 & tunc dico, quòd † pater cautionẽ de non offendendo non solum præstare tenetur pro se, sed etiam pro filijs, & familiaribus suis, vt ait Barto. in l. illicitas. §. ne potentiores, numero quinto, versicu. quæro circa hoc, ff. de off. præsid. vbi quærit, an ille, de quo timetur, debeat dare securitatem pro se, & suis familiaribus, & alijs suis, quod non offendet. & respondet, quòd sic, præsupponens, quòd ille, qui tenetur præstare cautionem pro suis, sit principalis, & sit ille, de quo aduersarius timet, & Bartolum refert, & sequitur Ripa in rub. ff. de damno infect. nu. 15. vers. tertia dubitatio est, vbi præsupponit, quod pater teneatur præstare satisdationem pro se, & ideo subdit, quod eam etiam præstare tenetur pro familiaribus, & adhærentibus: præsupponit inquam, ꝙ pater sit principalis, qui vel aliquem offenderit, vel ei minatus fuerit de offendẽdo, quia tunc tenetur, cum modificatione, de qua ibi per eum, & ita videtur declarare Paris. in consil. 168. & si iudicis officium, nume. 5. vol 4. vbi ait, Doctores velle, ꝙ nedum partes principales cogi possint ad præstandum dictam cautionem de offendendo pro seipsis, verũ etiam pro familiarib. & complicib. suis, & hoc idẽ tenuit Fely. in rub. de treug. & pac. ver. quinta declaratio, nu. 11. vbi ait, ꝙ peti pôt cautio, ne quis, nec sui familiares, & cõplices offendãt, & ideo qñ paterfamilias minatus est alicui, iste pôt petere cautionẽ ab eo ꝓ se, & filiis, ac familiarib. suis.
2 Secundo est casus, & hic est noster, quando † filius inculpatur, ꝙ aliquẽ ꝑcusserit, vel ei minatus fuerit de offendẽdo, & petit, cau

tionem præstari à patre pro filio, & tunc indubitanter, ac intrepide teneo, quod pater non teneatur huiusmodi cautionem subire pro filio, tum quia nulla lex hoc dicit, tum etiam quia est contra ius diuinum, quo dicitur, anima, quæ peccauerit, ipsa morie-
3 tur, filius †non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij, iustitia iusti super eũ erit, & impietas impij erit super eum, vt Ezechiel. cap. 18. nu. 4. & nu. 20. & tradit Feder. de Senis in cõ-
4 si. 121. quæritur, nu. 2. & est contra naturalem æquitatẽ, vt† vnus ex delicto, vel odio alterius pregrauetur. c. 1. de iniur. in 6. c. nõ debet. de reg. iur. in 6. l. si quis in suo. §. legis autem. C. de inoff. testa. Item iure ciuili traditum est, ne vnus pro altero teneatur. l. ob maritorum. C. ne vx. pro marit. & in specie cautum reperitur, ne pater pro filio teneatur, vt in rubr. & toto tit. C. ne fil. pro parr. tan-
5 to magis quia †delicta debent tenere suos authores. l. sancimus. C. de poen. vnde versus.

Authores proprios sua crimina iure tenebunt,
Plusquam peccatur, non vltra pœna trahatur.

Et ita nos docuit Paris. in d. consi. 168. num. 17. vol. 4. vbi ait, ꝙ qui non potest cogi ad præstandum cautionem pro se, à fortiori non poterit cogi eam præstare pro alijs.

Ratio differentiæ inter hos duos casus est, quia in primo casu adest culpa, in secundo non, & ideo iure merito dici potest quod
6 †vbi non est culpa, ibi non debet esse onus. c. 2. de constit. glo. in §. sed etiam suscipientes, in Auth. de mand. Princip.

Nec ego credo, quòd a seculo auditum fuerit, huiusmodi cautionem præstitam fuisse a patre pro filio, quando ipse pater non est principalis delinquens, vel particeps delicti aut minarum ali-
7 cui per filium illatarum, prout sic in dubio præsumitur, quia †nõ præsumitur, quod filius delictum committat mãdato patris, vt ait Curt. sen. in cõsi. 41. super processu, nu. 1. ver. licet enim prima
8 facie, quinimmo †pater semper præsumitur capere salubrius cõsilium pro filio, vt ait Alciat. reg. 1. presump. 2. in princip.

Et ita consului pro Petro de Liperijs patrefamilias cõtra Ioãnẽ Ambrosium Pattonum, qui obtinuerat sententiam, sed in secunda instantia succubuit dum supradicta allegarem.

ARGVMENTVM.

Declaratur Cæpol. in tract. de simulat. cõtrac. nu. 87.

SVMMARIVM.

1 *Liber eius, qui accepit ad usuram, non probat contra usurarium.*
2 *Dictum Doctoris intelligi debet secundum legem, quam allegat.*
3 *Non creditur Doctori, nisi probet dictum suum.*

QVAE-

QVAESTIO XLV.

IOannes Baptista Ghinalea, qui mutuo acceperat pecuniam a Iulio de Moris, scripserat in suo libro rationum partitas, ex quibus arguebatur vsura respectu mutui prædicti, Iudex motiuum edidit contra Iuliũ, quod liber rationum Ioannis Baptistæ probaret delictũ usurariũ contra ipsum Iulium, allegans Cæpol. in tracta. de simulat. con-
1 tract. nu. 87. vbi dixit, quod† potest probari per libros, & Codices rationum ementis, vel vendentis, si est vsurarius, quem sequitur Cacheran. in decisio. 72. inquiritur, nu. 3. dicens, quod si iudex cõtra aliquem tanquam vsurarium procederet, poterit id probari per libros, & codices alterius partis.

Contrarium tamen dixi resoluendo motiuum, quod Cœpola allegat textum in clem. ex grandi. § cæterum, de vsur. vbi habetur, quod fœneratores coguntur exhibere codices suarum rationum, cum de vsuris agitur, quasi innuat textus ille, quod per librum vsurarij præsumptio quædã vsuræ oritur contra vsurariũ alioquin exhibitio inanis esset, & frustratoria, quia non est præsumẽdũ, qđ quis voluerit scribere in suo libro quod verũ nõ est ad sui præiudiciũ, & tradit manifestè Menoch. in cas. 235. nume. 30. ver. sexto probatur, de arbitr. iud. vbi ait, quod delictũ vsurę probatur ex libro rationum ipsius vsurarij, vnde cum loquatur textus de libro usurarij, nõ autem de libro eius, qui dicitur accepisse
2 ad vsuram, Cępol. obstare non debet, quia clarum est, quod† dictum Doctoris intelligi debet secundum legem, quam allegat, vt ait Bartol. in l. non solum. §. liberationis verba, nume. 10. ff. de liber. legat. & Honded. in consil. 103. prima se offert, nume. 46. vol. 1.

Et si aliter diceretur, oporteret cõcludere, ꝙ Cępola loquatur
3 sine lege, & sine ratione, quo† casu sibi credendum non est, vt ait Ias. in l. illam, nu. 8. ver. item ad istud notabile. C. de collat. vbi dixit, quod non debemus credere alicui Doctori licet magno, nisi dictum suum probet per authenticam scripturam, & dixi in q. 23. nu. 13. lib. 1. vbi adduxi Archid. Felyn. Grammat. Granut. & Euerard.

Et ita Iulius de Moris fuit absolutus.

ARGVMENTVM.

An & quibus casibus valeat statutum, vel priuilegium mercatoribus concessum, vt ipsi ementes in fo

ro publico, vel nundinis rem furtiuam, eam restituere non teneantur absque solutione pretij? & maxime, an valeat priuilegium iudæis concessum, vt possint res furtiuas sibi pignoratas, vel venditas retinere, donec pretium soluatur?

SVMMARIVM.

1 *Statutum non valet, vt quis teneatur restituere rem furtiuam emptam publice in mercato sine pretio.*
Rationes afferuntur, ibi.
Contrarium recitatur, sub nu. 3. ver. contrarium.
Et hanc partem tenet Author ibi.
Quam limitat nonnullis modis numeris sequentibus.
2 *Inciuile dicitur quod ratione caret.*
3 *Statutum irrationabile non valet, & nullum est ipso iure.*
4 *Occasio delinquendi auferri debet.*
5 *Statuta ualent iuri communi contraria, si sunt rationabilia.*
6 *Iudicis arbitrio relinquitur, vtrum statuta sint rationabilia, uel ne.*
7 *Statuta, ut mercatores ementes rem furtiuam non teneantur eam restituere sine pretio, fuerunt condita ob publicam utilitatem, ut ipsi facilius, liberius, & securius contrahant.*
8 *Vtilitas publica præfertur priuatæ.*
9 *Statuta, & priuilegia illicita seruanda sunt, donec caßentur.*
10 *Statutum licet nullum, & inualidum si tamen de facto seruetur, perinde est, ac si ualeret.*
11 *Iudæi, uel mercatores uere scientes rem per ipsos emptam, uel sub pignore acceptam esse furtiuam, tenentur eam restituere nullo recepto pretio, etiam si extaret statutum, uel priuilegium in contrarium?*
12 *Iudæi, vel mercatores uerisimiliter, vel præsumptiuè scientes rem per ipsos emptam, uel sub pignore acceptam esse furtiuam tenentur illam restituere sine pretio, nec vsuris, etiam si extaret statutum, uel priuilegium in contrarium.*
13 *Præsumptiua scientia quando arguatur, exemplum secundum Cesarem Contardum.*
Quod exemplum Author damnat, ibi.
14 *Priuilegia concessa mercatoribus, uel iudæis, ne rem furtiuam per eos emptam, uel sub pignore acceptam restituere teneantur sine pretio, nō ligant clericos, nec forenses.*
15 *Priuilegia concessa mercatoribus, & iudæis, ne rem furtiuam per ipsos emptam, uel sub pignore acceptam restituere teneantur sine pretio, non ligant scholares.*
Vide quid Author addit ibi.
16 *Amplia etiam si statutum uellet, scholares haberi pro ciuibus.*

17 *Scholares habitantes per decennium in loco studij, an in dubio præsuman tur habuisse animum habitandi uel recedendi?*
Declara etiam ut ibi.

QVAESTIO XLVI.

DVbitatum est, nunquid valeat statutum, vel priuilegium mercatoribus concessum, vt ementes ipsi in foro publico, vel nundinis rem furtiuam, eam restituere non teneantur absque solutione pretii, & maxime quando concessum est per Principes iudæis, vt possint res furtiuas sibi pignoratas, vel uenditas retinere, donec pretium fuerit solutum a Dominis? Et reperij Hostiens. in summ. de pœniten. & remiss. sub nume. 61. §. quid de furibus, versi. quid si
1 quis emat rem furtiuam, dicentem, † statutum non valere, vt quis non teneatur restituere rem furtiuam emptam publicè in mercato, nisi restituatur pretium, quem sequitur Capel. Tholos. in decis. 151. item fuit quæsitum, nu. 1. & Menoch. in præsumpt. 29. nu. 25. ver. quinimmo scribit Hostien. lib. 5. de præsumpt. & Ioan. Sichar. in l. inciuilem, nu. 2. ver. ex quo infero. C. de furt. vbi dixit, dicta statuta, & priuilegia iudæis concessa esse inualida, & Iodoc. in sua prax. crimin. cap. 117. sub nu. 6. uersi. sunt enim nonnullę ciuitates, & nu. 7. ver. non enim, vbi loquens, de vsurarijs, & fęneratoribus, quibus concessa sunt huiusmodi priuilegia, dicit eos non debere esse melioris conditionis, quam alij boni ciues, aut etiam extranei probatæ vitæ, subdens cum casus iste de usurarijs contigisset, se tanquam consiliarium Ciuitatis Brugensis consuluisse Magistratibus tales fœneratores in suo priuilegio audiendos non esse, sed contrarium esse iudicandum tanquā rationi magis consentaneum.

Cuius rei duę sunt rationes, quarum prima est adducta ab Hostiens. in loco pręcitato, quia statutum non potest tenere, quod res nō reddatur domino sine peccato mortali. Secunda est, quia irrationabile est, rem furtiuam tantisper teneri, donec pretiū restituatur, ut ait Ioan. Sichard. in d. l. 2. nu. 2. C. de furt. per eundem
2 textum, ibi, inciuilem, nam † inciuile dicitur quod ratione caret,
3 ut ibi. & † statutum irrationabile non ualet, & est nullum ipso iure, ut ait Abb. in c. cum omnes, sub nu. 2. uer. & ideo, de constit. & Roch. de Curte in c. fi. sect. 3. nu. 15. uer. sed tu circa istum casum, de consuet.

Contrarium uoluit Abbas præsupponens ualere huiusmodi statutum, ut non teneatur iudęus usurarius restituere pignus ei, qui probauit se dominum rei pignoratæ, nisi prius restituto debito, pro quo res fuit pignorata in c. quod clericis, nume. 34. uer.

& ex hoc infero, de foro compet. vbi etiam dixit, tale statutum vigere communiter, vbi sunt iudæi vsurarij, & idem præsupponit valere Cremens. in sing. 82. pone iudæi, nume. 1. & Alciat. in præsumpt. 29. nume. 7. versic. quinto declaratur, regu. 3. de præsumpt. & Ioan. de Ana. in consi. 70. visis, & ponderatis, & Marsil. in sing 13. volo tibi dare, in princ. vbi ait, quod communiter per totam Italiam sunt statuta, & priuilegia iudæorum volentia, ꝙ ipsi iudæi possint mutuare sub vsuris pecuniam super re furto subtracta, nec teneantur illam restituere vero domino, nisi sibi soluatur pecunia sua vnà cum vsuris, & Barbat. in consi. 76. videtur, sub nume. 6. volu. 3. & Dec. in c. cum venerabilis, nume. 50. ver. hoc facit, de except. & Marquard. in tract. de iudæis, cap. 11. sub nume. 18. in 1. par. & Menoch. in d. præsumpt. 29. nume. 35. versi. declaratur quinto, lib. 5. de præsumptio. & Baiard. ad Clar. in §. furtum, sub nume. 112. & numero 114. lib. 5. senten. & Claud. Bertazzol. ad patrem in consil. criminal. 43. sub nume. 2. volumi. 1.

Et expresse hoc voluit Angel. in l. inciuilem, versi. & nota istã legem. C. de furt. & idem tenuit Iodoc. in sua prax. crimin. cap. 117. sub nume. 6. loquens de huiusmodi priuilegio concesso ciuibus, & mercatoribus, licet aliud dixerit de priuilegio iudæis concesso, vt dixi.

Ego tamen teneo, quod priuilegium iudæis concessum valeat propter vitandam fraudem aliquorum, qui scientes, quod iudæi quotidie recipiunt pignori res alienas possunt facere per alios suppignorari res eorum, & postea repetere eas tanquã suas pretio non soluto, prout ita nonnulli faciebant, vt attestatur Angel. in d. l. inciuilem, ver. & nota istam legem. C. de furt.

Vnde dicendum est, illud tanquam rationabile valere, vt tol-
4 latur † occasio delinquendi. l. conuenire. ff. de pact. dotal. nam † li-
5 cet statuta iuri communi contraria non valeant, tamen si sunt rationabilia valent cap. 1. de constit. lib. 6. Anchar. in cap. canonum statuta, sub nu. 193. de constit. & nemo est, qui non dicat attenta ratione prædicta, huiusmodi statutum, vel priuilegium esse ratio-
6 nabile, licet † alias iudicis arbitrio relinquatur vtrum statuta sint rationabilia, vel ne, vt ait idem Anchar. in d. c. canonum statuta. nu. 195. de constit.

Quo vero ad huiusmodi statuta ciuibus, seu mercatoribus cõ-
7 cessa dicendum est, † condita fuisse ob publicam vtilitatem, vt facilius ipsi, liberius, & securius contrahant, & artes, & mercaturam exerceant, quæ ratio cum alia elici non possit, haberi debet pro expressa, vt ait Franc. Aret. in cõsi. 29. diligenter, & maturè, sub nume. 19. versi. secundo præmitto, & Beneuenut. Strach. in tract. de mercat. in tit. quomod. in caus. mercat. proced. sit, nu. 49.

ver.

ver. sciendum est & illud, vnde iustificantur ex hac ratione pu-
8 blicam vtilitatem concernente, quæ † præfertur priuatæ. l. 1. ff. so lut. matri. cum simil. & propter quam quis priuari potest domi- nio rei suæ, vt ait Abb. in cap. cognoscentes, nume. 3. versi. hinc est, de consti.

Et quatenus dicta statuta, & priuilegia tam mercatorũ, quàm
9 iudæorum essent illicita, illis † standum est, donec cassentur, vt ait Anchar. in c. canonum statuta, nume. 188. de constit. & Dec. in l. 1. nu. 22. ver. quinta, & vltima conclusio est. ff. quod quisque
10 iur. vbi ait, quòd † statutum licet nullum, & inualidum, si tamen de facto seruetur, perinde est, ac si valeret, & Cæsal. in consi. 526. successio bonorũ, nu. 58. ver. quibus non resistit, vol. 4.

11 Limita primo, vt † dicta priuilegia, seu statuta locum non ha- beant, quando mercatores, vel iudæi verè sciunt rem esse furti- uam, quia tunc tenentur illam restituere vero domino sine pe- cunia per eos exbursata, & sine vsuris vt ait Marsil. in sing. 13. vo- lo tibi, vt in princi. & Ioan. de Ana. in consi. 70. visis, & pondera- tis, nu. 2. & Alciat. in præsumpt. 29. sub nu. 7. ver. tale tamen priui legium, reg. 3. de præsumpt. & Marquard. in tract. de iudæis, cap. 11. sub nu. 18. ver. & dicit, in 1. par. & Menoch. in præsump. 29. nu me. 36. versi. hæc tamen priuilegia, lib. 5. de præsumpt. & Baiard. ad Clar. in §. furtum, sub nu. 114. lib. 5. senten. & Felyn. in c. cau- sam quæ, sub nu. 9. ver. interpretatio priuilegij, de rescrip. & Ias. in l. seruus, sub num. 1. ver. item addo. ff. de cond. indeb. & Cæsar Contard. in l. vnica, in ampliat. seu quasi, nume. 87. versi. & ideo. C. de moment. posses.

12 Limita secundo, vt † dicta statuta, & priuilegia non procedant in iudæo, seu mercatore accipiente rem, quam verisimiliter, seu præsumptiuè tantum scit esse furtiuam, quia tunc tenetur eam restituere domino liberè sine pretio, vt ait Anan. in d. consil. 70. nu. 3. & sequitur Boss. in tit. de indic. nume. 62. versi. & hoc pro- cedit, & Baiard. ad Clar. in §. furtum, sub nu. 114. ver. & similiter dictum priuilegium, & Cæsar Contard. in d. l. vnica, in ampliat. vel quasi, nu. 87. sub ver. & ideo, C. si de moment. possess. vbi sub
13 dit nu. 89. quod † præsumptiua scientia arguitur, quando serui- tor pauper alicuius domini pignorauit vasa argentea magni va- loris habentia signa ipsius domini insculpta in dictis vasis pro- pter quod non possunt hæbręi se excusare, quin debuerint crede re ea non esse pignorantis.

Sed ista coniectura non videtur probabilis, quia vt plurimum domini faciunt impignorari res suas magni valoris per suos ser- uitores etiam pauperes attenta conditione ipsorum dominorũ, ita vt non sit arguenda firma præsumptio.

14 Limita tertio, vt † non habeant locum contra forenses, & cle-

ricos, vt ait pulchre Abb. in c. quod clericis, nu. 34. ver. & p prę-dicta, de foro compet quem sequitur Alciat. in præsump. 29. nu. 8. ver. item non haberet, reg. 3. de præsumpt. quia vt subdit, talia priuilegia non ligant eos, qui non sunt subditi concedenti. Idem voluit Marsil. in singu. 13. volo tibi, versi. limita & secundo, & co piosè Barbat. in consil. 76. videtur, sub nume. 6. volumi. 3. & Menoch. loquens de clericis in præsumpt. 29. num. 37. ver. præterea non habent, lib. 5. de præsumpt. & Marquard. in tract. de iudæis, c. 11. sub nu. 18. ver. & dicit, in 1. par.

5 Limita quarto, vt †non habeant locum hæc ipsa priuilegia, & statuta contra scholares, quorum serui, & famuli libros, & vestes dominorum pignorant, vel vendunt iudæis, nam hi tenentur restituere nullo recepto pretio, vt ait Cremens. in sing. 82. pone iudæi, vbi ait, hoc esse singulare dictum, & quod in multis locis inuenietur, an statuta ligent forenses, sed non inuenietur fortè de tali priuilegio, quod non afficit scholarem, & Deci. in cap. cum venerabilis, nume. 51. de excep. & Alciat. in præsumpt. 29. num. 9. ver. & eadem ratione, reg. 3. de præsumpt. & Menoch. in præsumptio. 29. nume. 38. versic. rursus non habent, lib. 5. de præsumpt. & Marquard. in tract. de iudæis, cap. 11. sub nume. 18. ver. & dicit in prima part. & Rebuff. in tracta. de priuileg. scholar. in priuileg. 115.

Tu tamen considera vltra prædictos Doctores, ac alios, qui hac de re scripserunt, an istud priuilegium sit attributum scholaribus tanquam scholaribus, vt videtur voluisse Cremens. in dicto singu. 82. & Rebuff. in tract. de priuileg. scholar. priuileg. 115. an verò tanquàm forensibus, prout est de mente Alciat. & Menoch. vbi supra nume. 39. versi. & huius postremæ declarationis ea est ratio, quia si est attributum illis tanquam scholaribus, dicta priuilegia, & statuta nõ habebunt locũ cõtra ipsos scholares, siue sint forẽses, siue sint ciues illius loci, in quo student, sin autẽ sit attributũ illis tanquã forensibus, nõ habebũt locũ contra scholares forenses, sed tantum contra scholares Ciues, & terrigenas, cum ipsis non competant rationes à Doctoribus adductæ in locis supracitatis: sin verò attributum esset & tanquam scholaribus, & tanquam forensibus, non est quid vlterius dicamus, dum hoc enucleamus, benigne lector tu ipse interim cogita.

16 Amplia hanc quartam ampliationem, vt †procedat etiam si statutum vellet, scholares haberi pro ciuibus, nam intelligitur in his, quæ sunt ipsis vtilia, vt ait Ripa in l. 1. nu. 7. ver. vnde si statutum. ff. de leg. 1. & Menoch. in præsump. 29. nu. 42. ver. quæ sententia, lib. 5. de præsumpt.

17 Intellige, nisi † scholares ha bitauerint per decennium, quia per tale tempus in dubio præsumuntur habuisse animum habitandi

in

in loco studij.l.2.C.de incol.lib.10.& ibi glo.in verbo, constituerint, & Roland.à Valle in consi.79.in præsenti consultatione, sub nu.51.vol.3.& Ioseph. Ludouic.in decis. Perus.76.nu.13.ver. tertius & vltimus, in 2.par.

Dum tamen decennium fuerit cõtinuum, non interpollatũ, vt ait Roland.à Valle in d.consi.79.sub nu.52.volu.3. & Ioseph. Ludouic.in d.decis. Perus.76.sub nu.13.in 2.par.

Si vero constaret, quod nõ habuissent animum habitandi, id locum non haberet, etiam si vltra decennium ibi habitassent, vt ait Roland.à Valle in d.consi.79.sub nu.51.vol.3.

ARGVMENTVM.

Hæredi an competat remedium c. reintegranda.3. q.1.quando non ipse, sed defunctus, cuius est hæres, spoliatus fuit tempore eius vitæ? afferuntur contrariæ opiniones, deinde distinguitur.

SVMMARIVM.

1 *Remedium c.reintegranda. 3.q.1. non competit hæredi, quando non ipse, sed defunctus, cuius est hæres, spoliatus fuit, secũdum unam opinionem.*
Contrarium recitatur sub nu.4.
Distingue duos casus, ut sub nume.15.uer.primus, & sub nu.16. versi. secundus est.
2 *Remedium reintegrandæ non competit ei, qui nunquam fuit in actuali poßessione.*
3 *Poßessio est spolij necessarium præambulum, & antecedens, nec spoliatus dicitur, qui non possidet.*
4 *Priuatio præsupponit habitum.*
5 *Interdictum unde ui uti poßeßorium transit ad hæredes, & si sit odiosum*
6 *Remedium reintegrandæ non est odiosum, ex communi.*
7 *Hæres repræsentat personam defuncti in iure creato, & formato ipsius defuncti, quia in heredem transeunt omnes defuncti actiones actiuè, & passiuè.*
8 *Succedens in locum alterius utitur eo iure, quo ille uti poterat.*
9 *Hæres est eiusdem potestatis, & iuris, cuius fuit defunctus.*
10 *Remedium reintegrandæ est in rem scriptum.*
11 *Remedia in rem scripta transeunt ad hæredes.*
12 *Remedia perpetua regulariter transeunt ad hæredes.*
13 *Remedium reintegrandæ an detur absque præfinitione temporis? magna*

gna est contentio.
Distingue casus, ut ibi.
14 *Possessor malæ fidei nunquam præscribit.*
15 *Contra ecclesiam regulariter præscriptio quadraginta annorum currit.*
16 *Bona Cameræ principis spacio centum annorum præscribuntur.*
17 *Possessio defuncti non transit ad hæredem sine noua apprehensione.*
Amplia hoc procedere etiam in suo hærede, ibi.
18 *Hæres hæredis potest agere remedio reintegrandæ ex persona primi defuncti eiecti.*
19 *Hæres hæredis dicitur hæres primi defuncti verè, & propriè ex communi.*
20 *Defunctus dum viuit omittens decennio sua negligentia possessionem sibi occupatam recuperare dicitur culpa, & facto suo à possessione cecidisse, & ideo tunc nec sibi, nec eius hæredi competit remedium reintegrandæ.*
Intellige, & declara, ut ibi.
21 *Hæreses agendo remedio reintegrandæ ex persona defuncti debet probare ipsum defunctum fuisse spoliatum, ad hoc ut heres obtinere possit.*

QVAESTIO XLVII.

IN praxi sæpissimè dubitari contingit, vtrum hæres possit intentare remedium, cap. reintegrenda. 3. q. 1. quando non ipse, sed defunctus cuius est hæres, spoliatus fuit tempore eius vitæ? In quo articulo, vtili, & quotidiano duæ sunt Doctorum opiniones, vna eorum, qui di-
1 xerunt, quod † non, inter quos fuit Ant. de Matth. in regula spoliatus, fallent. 69. quem refert, & sequitur Sebast. Medic. in regu. 9. in fallentijs, nume. 33. lib. 2. vbi ait, quòd hæredi non competit remedium reintegrandæ.
2 Ratio est, quia † remedium reintegrandę non competit ei, qui nunquam fuit in actuali possessione, vt ait Plot. in l. si quando, sub nu. 838. versi. vbi tamen. C. vnde vi, & Cagnol. in l. hæredem, nume. 17. ver. hinc est. ff. de regu. iur. & Socin. in consi. 49. in causa episcopi, nu. 3. volu. 3. vbi dicunt, quòd hæres, qui non fuit possessor rei spoliatæ, si eo remedio ageret, non obtineret, sed succumberet, & dixit Bursat. in consi. 343. dum ordo, nume. 50. ver.
3 sic cessante, volu. 4. possessionem † esse spolij necessarium præambulum, & antecedens, nec nisi qui possidet, spoliatus dicitur Surd. in consil. 160. nume. 39. volumi. 2. & in consil. 221. sub nume. 17. volu. eo.
4 Nam † priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. obligat. cum simil.
Altera fuit opinio præcedenti contraria eorum, qui dixerunt,

hæredi

hæredi competere dictum remedium, vt voluit Corn. in consi. 329. ostenso mihi processu, sub nu. 7. versi. & vt supra dixi, volu. 1. & Natta in consi. 439. contra dominum Franciscum, nu. 4. versi. nam licet, & Socin. iun. in consi. 34. nume. 13. ver. vera est responsio, volu. 3. & Cagnol. in l. hæredem, nume. 17. versi. hinc est. ff. de reg. iur. & Plot. in l. si quando, sub nu. 838. versi. fallit quando defunctus. C. vnde vi, & Grat. in consi. 70. ex multitudine, num. 12. & nume. 13. & nu. 14. volumi. 2. & Hieronym. Galor. in consi. 51. Camilla, nume. 4. versi. quia hæredi, volu. 1. & Vincent. Caroc. in tract. de iuram. decis. quæstio. 5. q. 9. princip. num. 74. ver. hinc postea, vbi subdit, Menochium plene profitendo in remed. 15. de recuper. possess. omisisse hunc articulum quotidianum, & pro hac opinione stetit Roland. à Valle in consi. 50. in hoc remedio, nume. 6. versi. aut ex persona, vol. 2. & in consi. 6. visis, & diligenter consideratis, nu. 14. ver. pro fundamento, vol. 3. vbi dixit, hanc esse communem conclusionem, quam tenuit Ruin. in consi. 45. habita super his, sub nu. 10. ver. & est hoc remedium, vol. 1. & iterum hanc opinionem amplexus est Roland. à Valle in consi. 32. recolo me alias, sub nu. 3. ver. ergo ipsi vti hæredi, & nu. 4. versi. ꝙ autem remedium, vol. 4.

Mouentur primo per textum in l. 1. §. hoc interdictum, il 2. ff. de vi, & vi armat. vbi habetur, ꝙ †interdictum vnde vi vti possessorium transit ad hæredes.

5

Et si interdictum vnde vi transit ad hæredes, quod est odiosum. l. 3. in fi. ff. eo. multo magis debet hoc reintegrandæ transire, quod †non est odiosum, vt ait Roland. à Valle in d. consil. 32. nu. 5. volumi. 4. vbi ait, ꝙ ita tenent communiter Doctores, idē voluit Socin. in l. rem quæ nobis, nu. 10. ver. vltimo potest dubitari, ff. de acquir. possess.

6

Et quatenus esset odiosum, & exorbitans loquens in defuncto locum habet in hærede, vt ait Grat. in d. consil. 70. nume. 13. volumi. 2.

7 Secundo mouentur, quia †hæres repræsentat personam defuncti in iure creato, & formato ipsius defuncti, quia in hæredē transeunt omnes defuncti actiones actiuè, & passiuè l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. 1. & l. 2. C. de hæredit. act. Aret. in consil. 123. in causa, nume. 4. ver. nec obstat præmissis, & Borgnin. in tract. de vsufr. sub nu. 221. ver. nam vera, & in decis. 8. nu. 9. volu. 1. & Bursat. in consi. 123. nu. 14. volu. 1. & in terminis Rolan. à Valle in cōsi. 50. nu. 8. ver. quia clari iuris est, volu. 2. & in consi. 6. nume. 15. ver. ratio quidem est, vol. 3. & in consi. 32. sub nu. 4. versi. quæ intelligentia, vol. 4.

8 Tertio quia †ille, qui succedit in locum alterius vtitur eo iure, quo ille vti poterat. l. qui quadringenta, ver. hæres. ff. ad trebel.

9 Quarto, quia † hæres est eiusdem potestatis, & iuris, cuius fuit defunctus. l. hæredem. ff. de reg. iur.

10 Quinto, quia † remedium reintegrandæ est in rem scriptum, vt ait Grat. in consi. 70. nu. 8. vol. 2.

11 Sed † remedia in rem scripta transeunt ad hæredes, vt ait Socin. iun. in consi. 34. non sine magna dubitatione, sub nu. 11. versi. respondetur, & nu. 12. uolumi. 3. & Grat. in d. consi. 70. nume. 9. uolumi. 2.

12 Sexto, quia † remedia perpetua regulariter transeunt ad hæredes, vt ait Grat. in d. consi. 70. nu. 10. volu. 2.

13 Et † remedium reintegrandæ est perpetuum & perpetuo durat, cum detur absque præfinitione temporis, vt ait Cassador. in decis. 6. an possessorium, per totam, tit. de restit spoliat. & Grat. in d. consi. 70. nume. 11. vol. 2. & Benintend. in decis. 10. in remedio, sub. nu. 3. uer. quia dicere, vbi dixit, hanc esse communem opinionem, & Marc. Ant. Eugen. in consi. 58. licet coram doctissimo, nume. 60. uersi. nec obstat, vbi pluribus allegatis dixit, hanc esse ueriorem, & magis communem opinionem, & aliter in curia Romana obtineri non posse, & idem voluit Honded. in consil. 17. egit uniuersitas, num. 84. versi. quartum, & vltimum obiectum, & in consi. 82. nobiles domini, nume. 48. & nume. 51. volumi. 1. vbi dixit, hanc esse communem, & ueriorem sententiam pluries a Rota Romana firmatam, quæ in Vrbe habetur pro canonizata, nec amplius reuocatur in dubium, adeo vt necesse sit eam sequi uelis nolis, addens, quod facilius esset clauam de manu Herculis extorquere, quam hanc tam persuasam, & receptã opinionem deijcere in dicta Curia, & quod frustra tentauerunt nonnulli magni nominis Aduocati dictas decisiones reuãgare.

Cœterum hoc fundamentum non videtur tutum, ex quo alij dixerunt, remedium reintegrandę durare tantummodo per triginta annos, vt ait Balbus in tract. de præscript. in q. 24. in 4. par. princip. per totam, & præsertim, sub nume. 4. ubi dixit, q ita concludunt cõmuniter glossæ, & Canonistæ, & Socin. in l. rem quæ nobis, nume. 14. quæst. 8. ff. de acquir. possess. & in consi. 39. in quęstione, sub nume. 5. in fi. uersi. præterea remedio dicti canonis, & in consi. 106. libenti animo, sub nu. 3. uersi. sed istis agentibus, uolu. 3 & Paris. in consi. 1. uisa facti narratione, nume. 154. uersi. opponitur & tertio, & nume. 155. uersi. & licet Alexand. uolu. 1. & Marant. de ord. iudic. in 4. par. in 7. prin. distin. sub nu. 50. in fi. uer. item istud, & Ruin. in consi. 69. circa processum, nume. 14. uolu. 1. ubi etiam dixit plures allegans, quod ex cursu triginta annorum præsumitur bona fides, & idem tenuit Dec. in consi. 301. & pro tenui, sub nu. 22. uersi. & ulterius, ubi addit, quòd talis exceptio est litis finitæ, & impedit litis ingressum, & hãc opinionem

com-

communem appellauit Minsing. in obseruat. 85. tametsi, versi. illud etiam valde, cent. 3. & Grat. in consi. 70. nu. 18. vol. 2. & Nicol. Ant. Grauat. ad Vestr in praxi, lib. 7. cap. 3. sub nu. 41. ver. sed & illud scire, vbi dixit, opinionem Cassadori esse falsam, nec esse communem, sed contrariam esse communem, vt patet lippis, & tonsoribus, & hanc partem tenuit Paul. de Castro in consi. 105. in quæstione, nume. 3. versic. tertio principaliter dubitatur, uolu. 1. & Honded. in d. consi. 82. nume. 49 volu. 1. qui licet hanc opinionem non sequatur, dicit tamen esse communem, & magis communem, & in iudicando sequendam a iudicibus, qui extra curiam Romanam in partibus iudicare debent, per Cōtard. qui hoc dicit in l. vnica, limit. 2. §. 4. nume. 22: nume. 26. & seq. C. de moment. possess. & plures alios allegat Honded. hanc opinionem tenentes, & inter cæteros Menoch. in tract. de recuper. possess. remed. 15. nume. 417. versi. quæro trigesimotertio, & numeris sequē. qui optime loquitur dicens opinionem Cassadori procedere, quando possessor est in mala fide vera, & manifesta, vt quia sit ille, qui primus occupauit, & spoliauit, quoniam tunc
14 nullam potest obijcere tēporis pręscriptionem, cum † nunquā præscribat impediente mala fide c. fi. de præscript.

Si vero possessor conuentus sit sine titulo, sed cum bona fide, vel in mala fide præsumpta, præscriptio triginta annorum obijci potest, vt subdit nu. 418 ver. secundus est casus.

Quòd si possessor iste sit cum titulo, & bona fide, tunc poterit obijcere præscriptionem decem annorum inter pręsentes, & viginti inter absentes, cum tanto tempore præscribat, dūmodo res non sit affecta vitio reali, & causam is non habuerit scienter a vitioso authore, vt ait idem Menoch. in d. remed. 15. num. 425. versi. tertius est casus, de recuper. possess. vbi tamen nu. 422. ver.
15 declaratur, ab hoc casu excipit ecclesiam, contra quam † regulariter sola præscriptio quadraginta annorum currit. c. de quarta,
16 de pręscript. auth. quas actiones C. de sacros. eccles. & † bona Camerę Principis, quę solo spatio centum annorum pręscribi possunt, vt ibi per eum nu. 428.

Ego autem in hac varietate duos casus inter se differentes cōstituo pro distinctione propositę quæstionis.

Primus est, quando heres agit ex persona propria, & tunc ipsi non competit remedium reintegrandę, vt probat Becius in consil. 75. remedium, sub nume, 9. versicu. pręmissis tamen, & numeris sequen. quia licet sit hæres eius, qui quandoque posse-
17 dit, tamen † possessio ad hæredem non transit, sed opus est noua apprehensione. l. cum hæredes. ff. de acquir. possess. l. 1. §. scęuola. ff. si quis test. lib. esse iusl. fue. quod procedit etiam in suo hęrede, vt ait Natta in consi. 439. nu. 5. & hoc casu procedit opinio

n. gatiua,

negatiua, de qua supra in principio, nisi quando mortuo defuncto hæres deiectus fuit a possessione post corporalem per eum apprehensam, vt ait idem Becius in d.consi.75.sub nu. 13. uersi. hæres ergo, & sub nu.17.in fi.

Secundus est casus, quando hæres agit ex persona defuncti, formando libellum in persona ipsius defuncti, & tunc hęredi cō petit huiusmodi remedium reintegrandæ, quia ad ipsum transit ius formatum, & creatum tempore mortis in persona defuncti actiuè, & passiuè, vt ait Becius in d.consi.75.nu.17 & Achill.Personal.in tract.de adipiscen.possess.nu.528.versi.quam conclusionem, & hoc casu procedit opinio affirmatiua.

18 Amplia hunc secundum casum, vt † procedat in hærede hæredis, qui potest agere remedio reintegrandæ ex persona primi defuncti eiecti, vt ait Bero.in cōsi.64.nu.6.vol.3. quem sequitur Roland.a Valle in cosi.32.nu.6.volu.4. & Rimin.iun.in consil.252. magnificus dominus Ludouicus, nu.29.vol.3.

19 Quia † hæres hæredis dicitur hæres primi defuncti vere, & proprie, vt ait Menoch.in consi.504.interrogatus, nu.20.ver. & ideo dicimus, vol.6. & Cæsal.in consi.499.in pręsenti casu, nu.13.cum multis seq.vol.4.vbi dixit, hanc esse communem opinionē, prout dixit Rimin.iun.in consi.352.nu.28.vol.3.

20 Limita tamen hunc secundum casum, quando † defunctus eo viuente omisit decennio sua negligentia possessionem præoccupatam recuperare, quia tunc dicitur culpa, & facto suo a possessione cecidisse, & ideo sicuti defuncto non competebat huiusmodi remedium tempore mortis, ita & suo hæredi competere non potest, vt ait Achil.Personal.in tract.de adipiscen.possess.nume.530.ver.vel & quoque.

Quod intellige, si possidens bona fide possideret, secus si mala fide, vel si ab Authore male fidei causam non habuisset, vt ibi per eum.

Intellige etiam, quādo defunctus fuit præsens, & non absens, vidissetque occupatorem possidere, & nihil ei cōtradixisset, quia reintegranda spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes quoad priuatas personas præscribitur, concurrente tamen titulo, & bona fide, vt dixi supra per Menoch. & tradit Achil.Personal.in tract.de adipiscen.possess.sub nu.530.

Vel quando defunctus tempore, quo viuebat, fuisset absens, & res vacasset, & a nemine fuisset per decennium possessa, & eo tempore, quo per hunc tertium fuit apprehensa, certe sicuti defuncto reintegranda non competijsset, ita nec suo hæredi competere potest, vt ait Roland.a valle in consil.50. in hoc remedio, nu.26.ver.vlterius, volu.2.& ita dicere voluit Achil.Personal.referendo Roland. a Valle, licet aliter innuere videatur diuersificando

cando

cando casum in tract.de adipiscen.possess.sub nu.530.in fi.

21 Et in hoc secundo casu adhoc† vt hæres obtinere possit, oportet, quod probet, defunctum fuisse spoliatum, quia ex quo præsupponit, & ita necesse est probare defunctum ipsum quandoq; possedisse, præsumendum est quoque, quod possederit usque ad tempus mortis, & sic quòd in vita non desierit possidere, sed cõtinuo possederit, vt ait Natta in consi.439.sub nu.5.versi. sinautẽ venit ex persona defuncti, & nu.7.& nu.8.& clarius Becius in d. consi.75.nume.14.& nu. 15. & ita allegaui pro Iulio Pescheria de Comessadio.

ARGVMENTVM.

Pater exponens filium spurium iudicis arbitrio punitur contra Vulpellum.

SVMMARIVM.

1 *Pater exponens filium legitimum, & naturalem, uel naturalem tantum iudicis arbitrio punitur.*

2 *Pater exponens filium negat alimenta, & eum necare videtur.*

3 *Pater non tenetur de iure antiquo alere spurium.*

4 *Vulpellus reijcitur ab Authore.*

Pater hodie tenetur alere spurium tam de iure canonico, quàm de iure ciuili tam in terris Imperij, quàm eccl siæ, ex communi, ibi.

3 *Ius municipale supplere potest ius ciuile ex æquitate cogente, vel persuadente.*

QVAESTIO XLVIII.

1 PAter† exponens filium legitimum, & naturalem, vel naturalem tantum, punitur iudicis arbitrio, l.2., C. de infant.expos. & ibi glos.in verbo, animaduersioni, & Menoch. in cas.396.num.5.de arbitr.iud. & Vulpel. in consi.crim.94.ex his, nume.11.quia exponendo eum negat alimenta, & per consequens videtur eum occidere, & necare, l.necare.ff de liber.agnoscen glo.in d.l.2.in verbo, animaduersioni. C.de infant.expos.

Sed in facti contingentia quæsitum est, nunquid dicta pœna habeat locum contra patrem exponentem spurium? & videtur dicendum, quod non, quia† de iure ciuili pater eum alere non tenetur, authen.ex complexu.C.de incest.nup.§.fin. in Authen. quib.mod.nat.effic.sui.ergo cessat ratio d.l.necare, & ita per hãc

rationem

rationem consuluit Vulpel. in dicto consil. crimi.94. nume. 12. & nume. 13.

3 Ego†tamen contra Vulpellum teneo, quia hodie pater tenetur alere spurium tam de iure canonico, quam de iure ciuili tã in terris Imperij, quam ecclesiæ, vt ait Ias. in consil. 26. nume. 4. volumi. primo. vbi ait, quod ita communiter concluditur, & sequitur Bertazzol. in consil. crimin. 522. subtiliter, nume. 9. volumi. 2.

Et quod de iure canonico spurius sit alendus a patre, voluit Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 10. nu. 5. & nume. 6. vbi multos
4 allegat, quia † naturalis est coniunctio inter patrẽ, & filium, natura autem nullam constituit differentiam inter legitimos, & illegitimos. Item quia alimenta filijs debentur iure naturali, ideo ius ciuile non potuit sine causa spurios illis priuare, ut has duas rationes, & alias remissiue notauit Surd. in dicta quæst. 10. nume. 6. vbi etiam subdit, quod ius canonicum decreuit, spurios esse alendos a parentibus, ne ipsi sine aliqua culpa fame perirẽt. Quæ dispositio iuris canonici seruanda est in vtroque foro tam ciuili quam canonico, ut ait idem Surd. in d. quæst. 10. nume. 7. vbi subdit plurimos allegans, hanc esse communem opinionẽ, & seruari in practica propter magnam eius æquitatem. Nec du-
5 bitandum est, quin†ius canonicum possit supplere ius ciuile ex æquitate cogente, uel persuadente, vt Ias. in l. duo ex tribus, nu. 5. ff. de re iud.

ARGVMENTVM.

Statutum loquens in crimine furti an habeat locum in crimine expilatę hæreditatis?

SVMMARIVM.

1 *Furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino facta lucrifaciendi causa.*
2 *Crimen expilatæ hæreditatis committitur eo tempore, quo nullus est rei dominus, vel possessor.*
3 *Furtum non committitur, quando res non habet dominum, uel possessorem.*
4 *Crimen expilatæ hæreditatis improprie dicitur furtum.*
5 *Verba statutorum intelligi debent propriè, non autem impropriè.*
6 *Actio furti non competit, vbi sumus in crimine expilatæ hæreditatis.*
7 *Crimen expilatæ hæreditatis punitur iudicis arbitrio ex communi.*
8 *Statutum loquens in furto non habet locum in crimine expilatæ hære-*

ditatis

ditatis ex communi.
Contrarium nu. 8. & seqq.

9 *Furtum expilatæ hæreditatis est quouis alio furto improbius, & grauius.*

10 *Triplex est furtum, improbum ut simplex furtũ, improbius ut expilatio hæreditatis, et improbissimũ, vt quãdo res cũ armis uiolẽter aufertur.*

11 *Argumentum de similibus ad similia, immo à minori, ad maius valet in delictis, quæ tendunt ad eundem finem.*

12 *Idem iudicamus de casu omisso à legis conditore, quod de casu expresso, quando uerisimile est, quòd ipse legislator idem statuisset in casu omisso, quod statuisset ĩ casu expresso, si de casu omisso fuisset interrogatus.*

13 *Furtum & crimen expilatæ hæreditatis æquiparantur à iure quoad pœnam, quia ambo iudicis arbitrio puniuntur.*

14 *Lex noua superueniens in vno æquiparatorum extenditur ad aliud.*

15 *Statutum loquens in furto habet locum in crimine expilatæ hæreditatis, vbi extat statutum disponens, possessionem defuncti transferri, & continuari ipso iure in hæredem.*

16 *Dominus, cui res furto subtrahitur semper præsumitur inuitus, nisi probetur volens.*

17 *Definitio ubi, conuenit & definitum.*

18 *Statutum, quòd possessio defuncti ipso iure continuetur in hæredem an habeat locum, quando possessio fuit ab alio apprehensa, & occupata?*

19 *Possessio defuncti translata & continuata in hæredem ipso iure sine alia apprehensione nunquid sit ficta, & impropria, an verò propria, & uera? remissiue.*

20 *Constitutum possessoriũ licet sit ficta possessio, non tamẽ minus operatur, quàm uera, & per illud uera, & propria acquiritur ex magis cõmuni.*

QVAESTIO XLIX.

PErplexa satis est quæstio, nunquid statutum loquens in furto habeat locum in expilatione hæreditatis?
1 Et videtur dicẽdum, quòd non, Primò quia † furtũ & contrectatio rei alienæ inuito domino facta lucrifaciendi causa. l. 1. ff. de furt. quæ verba non conueniunt crimi
2 ni expilatæ hæreditatis, quia † committitur iacente hæreditate, & sic eo tempore, quo nullus extat illius rei hæreditariæ dominus, & possessor, vt ait Menoch. in cas. 300. nu. 3. de arbit. iud. nã
3 † ante hæreditatis aditionem furtũ non cõmittitur, quia res non habet dominũ, seu possessorem l. 2. & l. fin. ff. de crimine expilat. hæredit. gl. in l. de his, in verbo, dominus. ff. de furt. & quando res non habet dominum, seu possessorem in ea furtum committi non potest. l. falsus. §. qui alienum, ff. de furt. d. l. 2. ff. de crim. expilat. hæred glo. in d. l. de his, in verbo, dominus. ff. de furt. qua ratione vsus est Bart. in l. hæreditariæ. ff. de furt.

P Huic

Huic fundamento respõderi potest, vt per Ioan. Sichard. in l. ancillæ subtractæ, nu. 2. C. de furt. vbi ait, non esse verũ id quod dicitur, scilicet rei meæ, quam nunquã possedi, nõ posse mihi furtum fieri, quia licet non possideam, tamen hoc non fit mea, sed culpa tua, quia possessurus fueram, nisi tu mihi furatus fuisses, ideo rei non possessæ, scilicet cum per furem steterit, ne possit possideri, committitur etiam furtum.

Nec obstat d. l. falsus. §. qui alienũ. ff. de furt. quia loquitur in re, quæ habita fuit pro derelicta à domino, & quæ dominũ, seu possessorem non habebat, nec habitura erat, nos verò loquimur in re, quæ habitura erat dominum, & possessorem.

4 Secundo quia † crimen expilatæ hæreditatis impropriè appellatur furtum, vt ait glos. in l. 1. in verbo, atrociores. ff. de effract. & expilat.

5 Et † in statutis verba debent intelligi propriè, non autem impropriè. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest.

Tertio quia argui potest pro hac parte à diuersitate titulorũ. l. si idem. C. de codicil. Curt. iun. in l. eius qui in prouincia, num. 25. ff. si cert. pet.

Sed dici potest, quòd licet crimen furti, & crimen expilatæ hæreditatis differant, & sint tituli diuersi, attamen statutum loquens in furto habet locum in crimine expilatæ hæreditatis, cũ istud sit furtum grauius, & atrocius, vt infra dicam arguendo à maioritate rationis, & per alia.

6 Quarto quia † actio furti non competit, vbi sumus in crimine expilatæ hæreditatis. l. 2. ff. de crimine expilat. hæredit. l. si rem hæreditariam. ff. co.

Sed hoc verum est inspecto iure communi tantum, non inspecta dispositione statuti.

7 Quinto quia † crimen expilatæ hæreditatis punitur non pœna furti, sed iudicis arbitrio. l. 1. ff. de crimine expilatæ hæredit. vbi Bart. & gl. in l. si te, in verbo, alia, & in verbo, euitasti. ff. de infam. & Cæpol. in consi. crimin. 71. circa accusationem, sub num. 7. & Ioan. Maria Riminald. ad Salycet. in l. fi. sub nu. 1. in verbo, expilatæ. C. de crim. expilat. hæredit. vbi dixit, hanc esse communem opinionem, quem sequitur Menoch. in cas. 300. nu. 1. de arbitr. iud. quibus addo Iodoc. in prax. crim. in cap. 112. nu. 2. versi. quisquis enim, & Fab. Monteleon. in prax. arbitr. in 5. quæst. vlt. par. 5. princ. nu. 15. fo. mihi 437.

Sed etiam dici potest, hoc verum esse inspecto iure communi tantum.

8 Sexto & vltimo hanc opinionem negatiuam, quod † statutũ loquens in furto nõ habeat locum in crimine expilatæ hæreditatis tenuerunt Salycet. in l. de his, nu. 6. C. de furt. & Cœpol. in cõ

sil. crim.

sil.crim.71.circa accusationem,nu.8.cum seq.& August.ad Angel.in tract.malefic.in verbo,& vestem cœlestem,num.45. ver. item adde,& Ioan.Maria. Rimin.ad Salycet.in d.l.fin. sub nu.1. in verbo,expilatæ.C.de crimin. expilat. hæredit. & Menoch.in cas.300.nu.1.de arbitr.iud.& Bursat.in consi.112. firmiter, nu.1. & seq.volu.1.& Bonacoss.in quæst.crimin.ad statuta, in verbo, furtum,versi.& nota ad statutum, vbi ait, se exemisse quandam mulierem à furca, ad quam erat condemnata, dicens, hanc esse communem opinionem, per Ioan. Mariam Riminald.vbi supra.

9 Contrarium tamen videtur dicendum,quia † furtum hoc expilatæ hæreditatis est quouis alio furto improbius,& grauius,vt ait Ias.in l.1.nu.11.& nu.12.C.de ser.fugit. vbi etiã subdit, quod
10 † triplex est furtum,improbum,vt simplex furtum,improbius, vt est expilatio hæreditatis, & improbissimum, vt quando res cum armis violenter aufertur, idem declarauit glos. in l. si te,in verbo,euitasti,in fi.ff.de infam.

11 Et ideo † valet argumentum de similibus ad similia, immo à minori ad maius in delictis,quæ tendunt ad eundem finem, & est probabile,& necessarium,vt ait Ioan.Andr.in c.odia, sub nu. 4.de reg.iur.in 6.& Bald.in d.l.de his,nu.3. ver. nunquid crimẽ. C.de furt. Vnde si statutum disponit de simplici furto, multomagis intelligitur disponere de furto improbiori.

12 Secundo † idem iudicamus de casu omisso à legis conditore, quod iudicamus de casu expresso,quando verisimile est, ꝙ ipse legislator idem statuisset in casu omisso, quod statuit in casu expresso,si de casu omisso fuisset interrogatus,vt ait glo.in l.tale pactum.§.fi.in verbo,remaneret, in fi ff.de pact.& Marsil.in l.si quis viduam,nu.10.ver.alia etiam ratio.ff.de quæst.sed verisimile est,quod idem statuisset propter maiorem grauitatem delicti expilatæ hæreditatis,quàm simplicis furti,ergo &c.

13 Tertio considera, an dici possit, quòd † crimen expilatæ hæreditatis, & furtum æquiparantur à iure si non expressè, saltem tacitè, quia reputantur eadem pœna digna, nam sicut crimen expilatæ hæreditatis punitur iudicis arbitrio, vt dixi, ita etiam furtum regulariter punitur iudicis arbitrio, vt ait Menoch.in cas.295.nume.8.de arbit.iud.

14 Et ideo † lex noua superueniens in vno æquiparatorum extenditur ad aliud,vt ait Cœpol.in consil. crimina. 18. nume.9. & sequen. & Marsil. in tracta. de bannit. in verbo, villis, nume.51.

Quarto hanc opinionem affirmatiuam tenuit Bald. in l. de his, nume. 3. versic. nunquid crimen.C. de furt. vbi dixit, hoc notandum esse,& Ias. in l. prima, sub nume.12.versic. ideo dixit

Baldus. C. eod.& Iacobin. de Santo Georg. in dicta l. de his, nume.2.versi.veruntamen notabitis. C. de furt. vbi ait dictum Baldi esse singulare, & notandum, & huius opinionis fuit etiam Paul.de Castro in l.abducta, sub nume.6. C. eod. & Gomes.tom.3.delictorum, cap.5. de furto, sub nume. 16. versic. & adde quod istud crimen.& Angel.Aret.in tract. malefic. in verbo,& vestem cœlestem, sub nume.44. & Boss. dum se remittit ad Angel.vbi supra in titu.de furt.nume. 13. versic. & an statutum, vbi ait, quod licet diuersitatem horum terminorum ali quando allegauerit ad defensionem, tamen nunquam fuit auditus,& quod iudices non curant has subtilitates, postquam ma iora sunt delicta,& Surdus in decisio.61.nume. 17.vbi ait, quod in iudicijs sic seruatur,& pro hac parte videtur stetisse Roman. in l.gerit, nume.1.ff.de acquiren. hæred. vbi ait, hanc quæstionem fuisse de facto in Ciuitate Perusij,& ita obtentum fuisse au thoritate Baldi, licet quoque dicat, contrariam opinionem de iure fortè veriorem esse.

Si tamen sequi malis primam partem negatiuam, eam limi-
15 tare poteris, vt non procedat, quando † extaret statutum, vt possessio defuncti ipso iure transferatur, & continuetur in hæredem sine vlla alia apprehensione, prout simile statutum est in ciuitate Mediolani, Papiæ, Bononiæ, Imolæ, Senis, Cremonæ, Cremæ, Florentiæ, Mutinæ, Placentiæ, Vincentiæ, Veronæ; Paduæ, Camerini, vt ait Tiraquell.in tract. le mort saisit le vif. in princip.nume.1.& in præfat.in secunda declarat. num.3. nume.4.nume.5.& nume.6.vbi etiam ait, hoc statutum esse in Ciuitate Feltri per Cuman. in consil.octuagesimoquinto, sed non inueni Cumanum hoc dicentem in loco præcitato. Et esse in Ciuitate Mediolani tradit Sapia in l. fina. nume.27. C.de edict.Diui Adrian. tollen. & esse Ferrariæ, Bononiæ,& Mediolani scribit Achill.Personal. in tract. de adipiscen. possess.nume. 501.versi.sed quæro,& huiusmodi statutum esse ferè per totam Italiam scriptum reliquit Bellon.in cōsi.42.communiter, in principio, & Tiraquel. in tract. le mort saisit le uif. inpræfat.in 2.declaratione, sub nu.6. in fi.

Quia tunc res hæreditaria statim mortuo defuncto habet dominum, & possessorem virtute statuti, & conuenit defi-
16 nitio furti, de qua supra,†& semper dominus præsumitur inuitus, nisi probetur volens, vt ait Bonifacius de Vitalin. in rubrica de furt.robar. & latrocin. nume.4.versic.& dicitur, lib.3. rerum crimin.

17 Quocirca dici potest, quod † vbi conuenit definitio, conuenit & definitum, Euerad.in loco à definit.nu.1.

18 Nec obstat si dicatur, quod † ista ficta possessio interrūpatur per

cor-

corporalem possessionem ab alio occupatam videlicet ab expilatore hæreditatis, vt multos huius opinionis recenset Vasq. in cap. 57. nu. 19. ver. & ita in specie, lib. 2. illustr. controuers.

Quia contrarium multi alij tenuerunt, dicētes per talem tertij occupationem nón cessare, aut interrumpi eam possessionē, quæ semel per eam legem, vel statutū delata fuit, quos enumerauit Vasq. in d cap. 57. sub nu. 19. ver. contrariam partem, lib. 2. illustr. controuer. vbi dixit, hanc partem veriorem putare.

Item quia quando prima pars esset verior, illa intelligēda est, vt procedat, quando occupator legitimè, & licitè adeptus fuit possessionem, secus si illegitimè, & illicitè, vt in casu nostro, ita sanè declarat Cotta in memora. in verbo, decreto, ver. sed intelligi debet.

Et si replicaretur hanc possessionem statutariam esse fictam, & fictionem non habere locum in statutis l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest.

Respondetur, quòd argumentatio nō procedit, sed bene procederet si in statuto fieret mentio de possessione, quia diceremus intelligi debere de vera, & propria, non de ficta, & impropria, vt omnes scire possunt.

Secundo respondetur, esse admodum controuersum à Do-
19 ctoribus, num † possessio defuncti continuata in hæredem ipso iure sine alia apprehensione, sit ficta, & impropria, an verò propria, & vera, vt videri potest apud Tiraquel. in tract. le mort saisit le uif. in 5. par. declarat. 1. per totam, ideo certum fundamētum constitui non potest.

Tertiò dato, ꝙ esset ficta possessio, attamen nō minus operet̄,
20 quā vera, sicuti dicitur de constituto possessorio, quod † licet sit ficta traditio, tamē non minus operatur, quam vera, & per illud vera, & propria possessio acquiritur, vt ait Cacheran. in decis. 35. in causa, num. 2. ver. & ratio est, & in decis. 13. magnificus nu. 6. ver. in contrarium, vbi dixit, ꝙ ita tenent Doctores.

ARGVMENTVM.

Prælatus non potest sine peccato tolerare ad tempus subditum in cōcubinatu, etiam si crederet, quòd subditus efficeretur deterior, si compelleretur ad dimitteudū concubinam, contra Abb. & sequaces.

SVMMARIVM.

1 *Minus malum sustineri debet, vt maius euitetur. Quomodo ista regula procedat, ibi.*

2 *Dictio maximè stat ampliatiue, & augumentatiue, ita ut dispositio etiam absque ea procedat.*

3 *Occasio delinquendi dari non debet.*

QVAESTIO L.

PRælatus an possit sine peccato tolerare ad tẽpus subditum in concubinatu, vbi crederet, quòd subditus fieret deterior, si præcisè compelleretur ad dimittendum concubinam? In qua quæstione semel interrogatus fui à quodam Parocho non Doctore, satis tamen docto, qui videbatur opinionem affirmatiuam amplecti, quia, vt di
1 cebat, minus† malum sustineri debet, vt maius euitetur. c. non solum. 22. quæst. 4. c. si quod verius, 33. q, 2. c. hi qui, 26. quæst. 2. c. denique, dist. 4. c. veniens, qui cler. vel vouent. c. considera, 22. q. 1. & allegabat mihi in terminis Abb. in c. vt clericorum, num. 4. de vita, & honest. cler. vbi hoc idem dicit de clerico concubinario, & mouetur per textum ibi, & per eandem rationem, de qua supra, & eum sequitur Bernard. Diaz. in cap. 73. in fin. Pract. crimi. referens Aufrerium dicere illud dictum Abbatis esse notandum.

Ego tamen respondi, dictum eiusdem Abbatis sustineri non posse, quia quasi impossibile est scire, an concubinarius sit euasurus peior, & deterior, cum sit res de futuro, & certum est, ꝙ illa regula, quæ habet, quòd de duobus malis minus est eligendum, super qua se fundauit Abb procedit, vbi duo mala vrgent, & vtrunque euitari non potest, ita vt alterum sit necesse incurrere, vt ait Cagnol. in l. quoties nihil, sub nu. 6. ff. de regu. iur. & Cacheran. in decis. 137. nu. 19.

Præterea verba textus in d. cap. vt clericorum, ibi vel alterius commodi temporalis, super quibus etiam se fundauit Abb. ipse, non probant eius opinionem, propter dictionem, maximè, cum dicatur, maxime obtentu pecuniæ, vel alterius commodi
2 temporalis sustinere præsumpserint, nam † dictio maxime stat ampliatiuè, & augumentatiue, ita vt dispositio etiam absque ea procedat. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Alciat. in consi. 45. nu. 3. lib. 5.

Insuper concubinarij, vt in sua libidine viuerent, dicerent, se se peiora, & grauiora commissuros, si concubinæ auferantur vt in terminis sic tradit Decian. in cap. 21. sub nume. 4. lib. 6. rerum crimin. dicens, dictum Abbatis, & sequacium esse periculosum, vel saltem mali exempli, & ideo non tutum, nihil tamen allegat.

Et profectò si concubinarij viderent vnum concubinarium tolerari in suo peccato sub prætextu, de quo supra, omnes dicerent,

3 rent, ac fingerent velle nefanda committere, & sic † daretur occasio delinquendi, & in delicto concubinatus perseuerandi, contra. l. fi. C. de dot. promis. cum simil.

ARGVMENTVM.

Statutum volens damnum datum emendari à communitate an procedat in furto?

SVMMARIVM.

1 *Statutum vbi non loquitur, cessat ipsius dispositio.*
2 *Furtum aliud est, & aliud est damnum.*
3 *Ex diuersis non infertur.*
4 *Actio legis aquiliæ, quæ datur pro damno dato non habet locum in furto.*
5 *Furtum dicitur impropriè damnum.*
6 *Verba statutorum debent intelligi in casu proprio, non autem improprio.*
7 *Casus omißus à statuto remanet in dispositione iuris communis.*
8 *Dominus potest vendicare rem furto subtractam, nec dicitur exire proprium patrimonium ipsius domini.*
9 *Qui actionem habet ad rem ipsam habere uidetur, vide nume.*
10 *Statutum quòd de damno dato credatur sacramento accusatoris non habebit locum in furto.*
11 *Verba vbi poßunt intelligi in genere, & in specie, in dubio intelligi debēt in specie.*
12 *Statutum nolens, quòd vniuersitas teneatur pro damno dato habet locū in furto, & nu. seq. maximè nu. 32. vbi Author ostendit, hanc esse veriorem, & communem respondens contrarijs.*
13 *Damnum est diminutio patrimonij.*
14 *Furtum dicitur damnum.*
15 *Fideiussor promittens reficere omne damnum datum à famulo tenetur etiam resarcire furtum ab eo commissum.*
16 *Bossius, & Gratus ab Authore reprehensi.*
17 *Damnum, & furtum æquiparantur à lege ueteri.*
18 *Damnum est tanquam genus comprehendens sub se omnès species, vt furtum, rapinam, & similia.*
19 *Posito genere ponitur quælibet eius species.*
20 *Species comprehenditur sub suo genere.*
2 *Genus comprehendit sub se proprie suas species.*
22 *Argumentum de genere ad speciem ualet affirmatiuè prædicamentaliter, non illatiuè.*
23 *Dispositio fundata in aliqua ratione comprehendit omnes casus in quibus viget illa ratio, licet aliqui tantum casus fuerint specificati.*

24 *Ratio statuti disponentis, vt vniuersitas teneatur emendare damnum datum in eius territorio, est triplex.*
Quæ sint rationes istæ? ibi.
25 *Idem iudicamus de casu omißo quod de casu expresso, quando verisimile est, quòd legislator idem statuißet in casu omißo, quod in casu expresso, si de casu omisso fuißet interrogatus.*
26 *Damni appellatione continetur furtum secundum cõm unẽ usum loquẽdi.*
27 *Communis vsus loquendi præfertur proprietati sermonis etiam in statutorum interpretatione, ubi de communi.*
28 *Doctoribus attestantibus de communi vsu loquendi creditur, vt saltem præsumptionem faciant onus probandi in aduersarium transferentem, maximè quando plures illustres Doctores de eo attestatur, quicquid uoluerit Parisius.*
29 *Doctori de consuetudine attestanti an credatur? vbi quod creditur saltem præsumptiuè, donec contrarium probetur, & ut transferatur onus probandi contrarium in aduersarium ex magis communi.*
30 *Furtum fit contra uoluntatem domini rei furatæ.*
31 *Damnum ex eo solo inferri dicitur, quando aliquid contra alicuius voluntatem fit.*
32 *Statutum uolens emendari damnum datum à communitate intelligitur velle, vt emendetur furtum.*
33 *Damnum, & furtum sunt diuersa, quia damnum est in plus tanquam genus, furtum uerò in minus tanquam species.*
34 *Omne furtum est damnum.*
35 *Differentia est inter furtum, & damnum quoad titulum legis aquiliæ.*
36 *Lex aquilia non competit pro omni specie damni.*
37 *Extensio de propria significatione ad impropriam licita est, vbi est eadem ratio legis, uel statuti.*
38 *Minus est actionem habere, quàm ipsam rem.*
39 *Poßessio maximum possidenti commodum affert.*
Multa commoda, quæ possessio affert ibi remissiuè.
40 *Nullus potest eße testis in causa propria.*
41 *Vox vnius uox nullius.*
42 *De iure diuino est, ut in ore duorum, uel trium stet omne verbũ, ex cõi.*
43 *Odia restringi debent, non autem ampliari.*
44 *Statutum, ut communitas teneatur emendare damnum dicitur bonum, æquum, & à iure communi iustificatum, ac fauorabile propter publicam utilitatem.*
45 *Statutum fauorabile respiciens publicam utilitatem latè interpretari, & extendi debet.*
46 *Statutum in dubio præsumitur fauorabile.*
47 *Fauor, & odium ubi concurrit, consideratur potius fauor, quàm odium.*
48 *Statutum excludens fœminas stantibus masculis absolutè est fauorabile, licet ex parte fœminarum contineat odium ex magis communi.*

Dispo-

QVAESTIO LI.



Væritur de notabili, & quotidiano iuris articulo, ī quo alias consului pro Dño Fidele Anglerię contra cōitatem Riparoli foris, nunquid statutum disponens, vt cōmunitas, teneatur resarcire damnum damnificato habeat locū in furto, & sic an statutum loquēs in damno procedat in furto?

1 Et videtur dicendum, ꝙ non, quia † statutum non loquitur in furto, ergo cessat ipsius dispositio, l. furiosi, vbi Bald. sub nu. 2. C. de nupt. & illā, & ibi quoque notat Bal. ipse nu. 1. C. de collat.

2 Maximè quia † aliud est furtum, & aliud est damnū, l. nauta. §. fi. ff. naut. caup. stabul. ibi à furto, sed etiam damno, & hoc idem probatur in l. 2. §. pen. ff. vi bon. rapt. & in l. etiā. §. fi. ff. solu. mat. & in l. redhibere, in princi. ibi furtum, siue damnū. ff. de edil. edict.

3 & ideo † de vno ad aliud non infertur. l. fi. ff. de calumniat. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & l. neque natales. C. de probat.

Insuper pro hac parte adducitur textus in l. si seruus seruum.

4 §. si quis de manu, & §. si oliuam, cū seq. ff. ad leg. aquil. vbi † actio legis aquiliæ, quæ datur pro damno dato d. l. si seruus. §. tertio autem capite, & Instit. ad leg. aquil. quasi per totum non habet locum in furto.

5 Præterea † furtum dicitur impropriè damnum, vt ait glo. in l. præter. § hoc edictum, in verbo, alijs. ff. de damno infect. & in §. 1. in verbo, damni, Insti. ad leg. aquil.

6 Sed verba † statutorum debent intelligi in casu proprio, non autem improprio. l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. cum simil.

Adducitur etiam, quod si statuentes voluissent in statuto prædicto comprehendere furtum, vtique istud expressissent, vnde non exprimendo satis patet noluisse hunc casum com-

7 prehendere, sed illum omisisse decidendum secundum ius

com-

commune.l.si cum dotem.ff.solut.matr.& hoc argumēto vsus est Paris in consi.158.si ius commune,nu.13. versi. & quia si statuentes,vol.4.

Confirmatur supradicta sententia ex hac quoque ratione,
8 quia † res furto subtracta non dicitur exire patrimonium domini,cum habeat rei vendicationem.l.si mancipium.C.de rei vendi.l.2.C.de furt. ergo furtum passus non dicitur sentire damnū,
9 maxime quia † qui actionem habet ad rem, rem ipsam habere videtur.l. qui actionem.ff.de regu.iur.& ita in effectu arguit Ripa in l.2.nu.2.in prin.ff.de damno infect.

Et pro hac opinione negatiua videtur stetisse Bald.in d.l.nauta.§.quæcunque.ff.naut.caup.stabul.vbi ait,quòd furtū, & dam-
10 num datum ponuntur tanquam species separatæ,& ideo † si statutum dicit,quòd de damno dato credatur sacramento accusatoris, non erit ita in furto,nisi quatenus disponeret ius commune,& propterea subdit, quòd si aliquis de vinea mea portat sarmenta,& non incisit ipse, sed portauit incisa, sicque non dedit damnum,sed commisit furtum, nō stabitur sacramento accusatoris,quia illud non est damnum,sed furtum, quæ diuersa sunt.

Et hanc eandem rem notauit ipse Bald.in l.ait prætor,in prin. ff.de iureiur.vbi dixit, quod stante statuto,vt de damno dato credatur sacramento accusatoris,& Titius accusauit Seium de exportatione lignorum,quod dictum statutum non habebit locū, quia illa exportatio dicitur furtum, & non damnum, & idem notauit Florian.in d.§.si oliuam,nu.2.

Cuius opinionis fuit etiam Alex.in consi.168. requisitus, nu. 2.volu.2.& in l.2.nu.3.ff.de damn.infect. & Dec.in consil.83.in causa accusationis,sub nu.3.ver.quarto ad prædictum statutum, & Ias.in l.si familia,nume.5.ver.secundo pondera,colum.2.ff. de iurisd.omn.iudic.& Marsil.in l.de minore.§.tormenta,nume.5. versi.& ideo stante statuto.ff.de quæst.& in §. postquàm, nu. 3. pract.crim.& Grat.in consi.154.visis dubijs,per totum, vol.2. & Bonacoss.in suis commun.opin.crimin.in verbo,damni appellatione,lib.1.& Roman.in d.l.2.nume.1.ff.de damno infect. & in hanc partem videtur inclinasse Curt.iun.in d.l.si familia, nu. 8. nu 9.& seq.ff.de iurisd.omn.iud.vbi ait,quòd stāte statuto,quod de damno dato stetur iuramento damnū passi,si dictum statutū intelligatur in genere cōprehendet furtū,si autem in specie nequaquam,sed subdit,quod verba statuti debent intelligi de damno in specie,quia † qn̄ verba possunt intelligi in genere, & in specie,in dubio intelligi debēt in specie.l.hoc legatū,ff.de leg.3. & not. in l.certi cōditio.ff.si cer.pet.vbi in dubio intelligit intētata certi cōdictio specialis,nō gn̄alis,& hoc argumēto vtit inter alia Grat.in d.cōsi.154.nu.17.& sub num.23.vol.2.& hanc opinionē

tenuit

tenuit Cœpol. in d.l.redhibere,nume. 2. & sequen. ff. de edi-lit.edict.

Et in terminis ꝙ statutum disponens, vt vniuersitas teneatur pro damno dato non habeat locum in furto voluit Boss. in titu. de captura,nu.43.& sequitur Magon.in decis. Lucens.27.in statuto Lucano, nume.24.nu.25.& num.26.vbi attestatur de communi,& huius opinionis fuit etiam Paris.in d.consil.158. nu. 11. ver.contrarium tamen,cum seqq.volumi.4.vbi dixit, hanc opinionem sibi videri magis communem, & Plot.in l. si quando, sub nume.823.C.vnde vi,vbi dixit, hanc esse communem, pro qua stetit Ripa in l. 2.sub nume.2.in fi.ff.de damno infect. & cũ ea videtur stetisse Florian.in l si seruus seruum.§. si oliuam, nume.2.ver.secundo not.ff.ad leg.aquil.& glo. ad constitu. Regni tit.de maleficijs clandestinis puniendis,in verbo,nocturnis,lib.1.

Prædictis tamen non obstantibus contrarium teneo, scilicet,
12 quod † statutum disponens, vt vniuersitas teneatur emendare
13 damna teneatur etiam emendare furta,quia † damnum est diminutio patrimonij.l. 3.ff.de damno infect. sed per furtum ita diminuitur patrimonium,sicuti per aliud damnum,ergo.

Quæ quidem opinio probari potest per textum expressum in
14 l.cum duobus.§.damna.ff.pro socio,vbi habetur,quod † furtum dicitur damnum,& in l.in hoc iudicium.ff.de seru. corrupt.

Pro qua sententia adducitur Bart.in l.quod nerua, num.9. co-
15 lum.4.ff.depos.vbi dixit,quod † fideiussor, qui promisit reficere omne damnum datum à famulo, tenetur etiam resarcire furtũ ab eo commissum,quem sequitur Aret.in §.præterea quasdam, nume.22.vers.quæro an appellatione culpę,Insti.de act.

16 Et licet † Bossius dixerit,hoc Bartoli dictum parum facere ad propositum in tit.de capt.nu.43. subdens casum Bartoli esse diuersum propter dictionem vniuersalem,omne.

Attamẽ oppositio non procedit,posteaquam nec Bartol.nec Aret.fundant se in dictione vniuersali, prout etiam existimauit Grat.in consi.154.num.24.volum.2.sed super verbo, damnum, quod continet culpam,& accipiendo culpam in genere continet sub se species culpæ,veluti genus cõprehendit oẽs suas species.

Rursus adducitur illa ratio,quòd quando duo æquiparantur à lege veteri lex noua superueniens in vno extenditur ad aliud,
17 sed † damnum,& furtum æquiparantur à lege veteri. l. etiam. §. ff.solut.matr.& l.nauta.§.fin.ff.naut.caup.stabul. ergo statutum disponens de damno dicitur disponere de furto, & ita arguit Cœpol.in consi.crim.18.nume.9.& sequẽ.& Marsil. in tract. de bannit.in verbo,villis,nu. 51.

18 Adducitur etiam,ꝙ † damnum est tanquam genus comprehendens sub se omnes species,scilicet furtum, rapinam, & alia

d.l.

d.l.3.ff.de damno infect.

Et ideo dictum statutum comprehendere debet omnia, quę verborum generalitas comprehendit l. cum lege.ff. de testam.
19 quia † posito genere ponitur quælibet eius species. l. si quid carũ rerum.§.inter emptorem.ff.de leg.3. & sic appellatione damni, quod est genus, comprehenditur furtum, quod est eius species,
20 quæ † comprehenditur sub suo genere.l. hoc legatum.ff.eo. vbi generale verbum, quæ vxoris causa parata sunt, singulas continet species, glo.fi.in c.generi per speciem, de reg.iur.in 6.l. semper in generalibus.ff.eod.

21 Nam genus † comprehendit sub se proprie suas species, vt ait Decius in rub.ff.si cert.pet.in lectura Pisana, nume.6. & Syluest. Aldobrandin.in §.libertini sunt, nu.17.Institu.de libertir & in §. ostendimus, nume.9.ver.præterea quemadmodum, Institu. de suspect.tut.& Feder.Scot.in consi.26.nume.20.tom.1.lib.5.& in consi.1.nume.227.tom.1.lib 2.& Menoch.in consi.184.nu.23. volu.2.& Cagnol.in l.in toto & pars, sub nu.5.ver.& sicut genus. ff.de reg.iur.& idem Dec.in c.at si clerici.§.de adulterijs, nume. 115.ver.sed hoc non placet, de iudic.vbi ait, quòd natura generis est includere quamlibet speciem, & posito animali cuncta animalia continentur, vt ait Cagnol.in d.l.in toto & pars, nu. 8.
22 vbi subdit, quòd † valet argumentum de genere ad speciem affirmatiue prædicamentaliter, non illatiue, & hoc idem scripsit Ripa in l.1.nume.3.ff. si cert. pet. non enim sequitur, nec est bona consequentia, est animal, ergo est homo, quia potest esse leo, equus, vel asinus, vt ait Natta in consi.473.nume.31. & Cagnol. vbi supra, sub nume.7.sed bene contentiuè, seu prædicamentaliter species inesi generi, & sub verbo, animal, continetur leo, equus, & asinus, vt dixi.

Adducitur præterea, quòd vbicunque mens, & ratio statuti viget, ibi locum habet dispositio ipsius statuti, licet non fuerit ex-
23 pressus casus in verbis, quia † dispositio fundata in aliqua ratione comprehendit omnes casus, in quibus viget illa ratio, licet aliqui tantum casus fuerit specificati.l.de pupillo.§.si quis riuos. ff.de oper.no.nun.

24 Sed ratio, in qua fundatur dictum statutum † triplex existit, prima est, quòd illi de vniuersitate tenentur custodire eorum territoria, vt sint tuta, Bartol.in l.1.§.summa, num.1.ff.de his, qui deiec.vel effud. secunda, quòd tenentur capere malefactores, vt ait Afflict ad constit. Regn. tit. de malefic. clandest. punien. nume.20.lib.1. Tertia est, quod statutum præsumit ex quo tenentur custodire territoria, & malefactores capere, & non fecerũt, nec scitur, quis dederit damnum, quod aliquis de vniuersitate illud damnum fecerit, vt ait Cæpol.in d.consi.crimi.18.sub nume.13.

me.13.ver.sed in casu nostro,& nu.22.& nu.23.

Ergo cum istæ rationes locum habeant in furto, sicut in damno, statutum loquens de damno habebit locum in furto, & hoc genere argumenti vtitur Marsil.in tract.de bannit.in verbo,villis,nume.52.

25 Pro quibus facit alia ratio, quòd † idem iudicamus de casu omisso à legis conditore quod iudicamus de casu expresso, quando verisimile est, quod ipse legislator idem statuisset in casu omisso, quod statuisset in casu expresso, si de casu omisso fuisset interrogatus,vt ait glos.in l.tale pactum.§.fina. in verbo, remaneret,in fin.ff.de pact.quam multi sunt sequuti,quos enumerauit Marsil.in l.si quis viduam,nu.10.versi.alia etiam ratio. ff.de quæst.

Sed verisimile est,ꝙ idem statuissent propter eandem rationem concurrentem in damno dato,& in furto,vt supra dixi, & probaui,ergo.& ita argumentatur Marsil.in tract.de bannit. in verbo,villis,sub nu.52.ver.adduco etiam.

Vltra quod dici potest, casum furti non esse omissum, sed comprehensum in statuto,quia genus comprehendit suas species,vt superius probaui.

26 Amplius insurgit alia ratio,ꝙ† secundũ cõem vsum loquẽdi appellatione damni cõtinetur furtũ,vt ait Cep.in d. consi.crim. 18.nu.15.ver. itẽ hoc ẽt probatur,& Dec. in l.si familia, nu.8.ff. de iurisd.om.iud.& Brun.in consi 50.viso processu, nu.3. & nu. 4.volu.1.& Ripa in d.l.2.sub nu.2.ver.vlti. adde.ff.de dam.infec.

27 Et communis † vsus loquendi præualet proprietati sermonis etiam in statutorum interpretatione,vt ait Menoch. in consil.569.dubitatio prima,nu.7.ver.atqui communis,vol.6. vbi dixit,hanc esse communem opinionem.

Et qui communis vsus loquẽdi satis videtur probatus autho
28 ritate,& assertione Doctorum superius allegatorũ, quibus † de communi vsu loquendi attestantibus est adhibenda fides, vt saltem præsumptionem faciant onus probandi in aduersarium transferentem,vt ait Grat.in consil.29.in præsenti causa, nume. 50.volu.2.& Crauet.in consil.166. licet plurimi, nume 9.versi. & istis patribus, & Doctoribus, & Menoch.in consil.569. sub nume.7.volu.6.& Riminal.iun.in consi.215. illustris dominus, nume.87.& sub nu.88.volumi.2.& M.Ant.Eugen.in consil.52. Vincentius Fulginas,nu.46.ver. nec iste vsus, maxime quando plures illustres Doctores de ipso communi vsu loquendi attestantur, vt ait Iacob. Benius in tract. de priuilegijs Iurisconsultorum,in tertia par.priuileg.81.nume.4.& Rimin.iun. in d. consi.215.nume.39.& nume.90. & Crau.in consil.225. plura mouentur dubia,sub nume.1.& Roland.à Valle in consi.71.

viso

viſo proceſſu,nu.23.& nu.24.vol.1.

Quicquid voluerit Pariſ.in conſi.158.nume.21.verſic.nec illud,volu.4.dicens,quod Doctori atteſtanti communem vſum
29 loquendi non eſt credendum,allegãſque Doctores,† qui dicũt non eſſe credendum,Doctori de conſuetudine atteſtanti, prout facit Menoch.in conſi.407.reſpondendum eſt,nume.25.volu.5. quibus videtur ſatisfactum per ea,quæ notauit Rimin.iun.in d. conſi.215.nume.87.cum ſeq.volu.2. vbi reſpondet nonnullis, quæ in contrarium adduci poſſent, de quibus per Menoch. in d.conſi.507.nu.26.vol.5.

Similiter quia Doctoribus atteſtantibus de conſuetudine credendum eſt ſaltem præſumptiuè,hoc eſt donec contrariũ probatum fuerit,non vt vere intelligatur facta plena probatio, ſed ſolum vt transferatur onus probandi contrarium in aduerſariũ, vt ait Corat.in tract.de communi opin.tit.7.nume.4.& nume.5. lib.1.vbi dixit,hanc eſſe veram, & magis communem opinionem,quem ſequitur Paul.Granut. in theorem. 1. nume. 11. cuius opinionis fuit aute ipſos Thob.Nonius in conſi 48.num.11. & Cefal.in conſi.361.feudum,nume.25.& in conſi.389.inueſtitura,nume.15.verſic.quæ concluſio,volu. 3.vbi dixit, hanc concluſionem eſſe expeditam,quam tenuit M.Ant.Eugen. in conſil.33.Ioannes Baptiſta,nume.105.verſi. & ſtandum eſt, vbi ait, ſtandum eſſe dicto Doctoris atteſtantis ſic ſeruari, ſi ex aduerſo non probetur contrarium,ſubdens, hoc communiter teneri, quod idem repetiuit in conſi.97.ſub nume.86.verſi. hoc tamẽ, & Menoch.in conſi.1.nume.164.verſi.& quanquam,& in conſil.54.nume.6.& in conſi.92.habet,nume.54.& nume.55.vol.1. & in conſi.164.non caret, ſub nume.11. verſi.ceſſat inquam, & in conſi.190.nume.1.verſi.& hoc ſaltem præſumptiue, volu.2. & in conſi.364.hac in cauſa,nu.9.volu.4.& in conſi. 603. de prima,ſub nume.19.verſi.& Doctori,volu.6.& Maſcard. in concl. 426.nu.11.nu.12.& ſeq.& in conclu.ſeq. nume.5. ver. primo limita, de proba. vbi dixit, hanc eſſe communem opinionem, prout faciunt alij Doctores ſuperius allegati, licet contrarium voluerit Federic.Scot.in conſi.3.in lite cœpta,nume.170.verſi. ad id autem,tom.2.lib.1.qua de re aliàs dicam, dum tractabo hanc materiam ex profeſſo.

Et vltra prædictas rationes à Doctoribus allatas ad proban-
30 dum,ꝙ furtum ſit damnum,ego quoque dico,quòd† furtum fit contra voluntatem domini rei furatæ,vt patet in diffinitione furti,de qua in l.1.ff.de furt.

31 Sed damnum ex eo ſolo inferri dicitur,quando aliquid†contra alicuius voluntatem fit,vt ait Cacheran.in deciſ.130.propoſita fuit quæſtio,nu.7.ergo furtum dicitur damnum.

Po-

32 Postremò hanc opinionem, quòd † statutum volens emendari damnum à communitate intelligatur velle, vt emendatur furtum, tenuit in indiuiduo. Cæpol. in d. consi. crim. 18. per totum, & Brun. in consi. 50. nume. 3. & nume. 4. volu. 1. & Bero. in consil. 214. nume. 1. volu. 3. & Marsil. in tract. de bannit. in verbo, villis, nume. 51. & nume. 52. ac nume. 53. & Bossius in titu. de damno dato, nume. 9. versi. & an statutum, & Ias. l. si familia, num. 5. in fin. & Dec. nume. 7. & nume. 8. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi quoque Alciat. nume. 10. nu. 11. & nu. 12. vbi egregiè contrarijs respondet allegando plura pro hac opinione.

Non obstat, quod damnum, & furtum sint diuersa, quia di-
33 co, quod † non sunt diuersa, nisi quia damnum est in plus tanquã genus, furtum verò in minus tanquam species, vt ait Ioan. And. loquens de genere, & specie in cap. accusatus, nume. 8. de hæret. in 6. non propterea negandum est, quin damnum tanquam genus includat, & contineat furtum, quia posito genere ponitur quælibet eius species, vt supra probaui, & ita diluit Alexand. in l. 2. nume. 3. ff. de damno infect. & ibi Rip. sub nume. 2. versi. sed dominus Alexander, & Cępol. in d. consi. crim. 18. nu. 18. & sequen. vbi dixit, quod sunt diuersa in hoc, quia damnum est tã quam genus, & furtum est tanquam species, quia non sequitur est damnum, ergo est furtum, quia potest esse damnum absque eo quod sit furtum, vtputa si colligantur vuæ immaturæ, vel alij fructus immaturi. l. si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad legem aquil. vel si sunt incisæ arbores, vel vites, & ligna dimissa in fundo, & hoc modo intelligitur, quod damnum non est furtum, & sic sunt diuersa, sed non conuertuntur ista, non enim potest esse
34 furtum, quin sit damnum, quia † omne furtum est damnum. l. 3. ff. de damno infecto, glo. in §. 1. in verbo, damni, Instit. ad leg. aquil. & sic appellatione damni, quod est genus comprehenditur furtum, quod est eius species, vt supra late dixi, & probaui.

Rursus dato etiam, quod furtum, & damnum essent species diuersæ, attamen propter rationes adductas furtum comprehenditur appellatione damni in casu, de quo agitur, vt ait Cęp. in d. consi. crim. 18. sub nu. 21.

Et ita quoque responderi potest ad textum in d. l. si seruus
35 seruum. §. si oliuam. ff. ad leg. aquil. vt † sit differentia inter furtum, & damnum quoad illum titulum legis aquiliæ, quia vbi est furtum, competit actio ordinaria, & cessat actio legis aquilię, quia vbi est furtum, competit actio ordinaria, & cessat actio legis aquiliæ, & ita loquitur d. §. si oliuam, tamen quoad alia ille qui committit furtum dicitur dare damnum, vt supra dictum est, & ita respondet Cępol. in d. consi. crim. 18. sub nu. 21.

Similiter alio modo responderi potest, quod ille textus in d.

§. si

§.si oliuam,nihil probat pro contraria parte, quia non est bona consequentia,actio legis aquiliæ non competit pro furto,er-
36 go furtum non est damnum,videmus enim,quod † lex aquilia non competit pro omni specie damni.l.si seruus.§. inquit lex.ff. ad leg. aquil.& hoc modo respondet Ripa in l.2.sub nu.2.versi. tertio pro ista parte.ff.de damno infect.

Ad illud,quod dictum est, quod dicitur impropriè damnū, & in statutis verba debent intelligi propriè,non autem impropriè,respondeo,quod secundum communem vsum loquendi furtum dicitur damnum,vt ait Cępol.Rip.Brun.& Dec.in locis supracitatis.

Et communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi,vt dicunt præcitati Doctores,& tradit Bart.in l. omnes populi,sub nume.58.versi.vel si communis vsus.ff.de iusti. & iure, & in l.labeo,nu.5.ver.& hoc est vtile.ff. de suppel.legat. & in l.librorum.§.quod autem.Cassius,nume.1.ff de legat.3.& Abb.in proęm.gregor.nume.8.in fin.& in cap.2.sub nu.1.versi. nam in omni de arbit.& Lanfranc.de Oriano in prax.tit. de instrumen. product.sub nu.1.ver.sed Ioannes de Imola, & Ripa in tract. de peste,tit.de remed.ad conseruand. Vbert.nu.57.ver. breuiter si tollas,& Pacian.lib.2. de probat.cap.3.nume. 155.

Etiam in materia statutaria,vt ait Bart.in l.1.nu.2.ver.dicit statutum.ff.ad leg.falcid.& in rubr.ff.de oper.no. nunc.nu.6.ver.in statutis vero,& Abb.in proœm.gregor.nume.8.versi. nunquid vsus,& in c.per tuas,nume.6.versi. nam quod appellatione, de probat.& Felyn in rub.de fide instrum.sub nume.2.versi. quod autem in statutis,& Dec.in consi.466.stante statuto Rauennensi,nu.2.ver.& communis vsus loquendi, & supra dixi hanc esse communem opinionem nu.27.

Insuper cum eadem sit ratio statuti in furto, vt est in damno,
37 vt dixi,licita † erit extensio de propria significatione ad impropriam.l.filium.ff.ad Macedon.notat glo.in §.1.in verbo, ad curationem,in princi.in Authen.vt hi, qui obligat. se haber. perhib.res minor.& Ripa in d.l 2. sub nume.2.versi. secundo quia furtum,ff.de damno infect. vbi etiam respondet ad textum in l. si quando,C.vnde vi,& ad textum in l.si quantæ.ff.de public. & vectigal.& in l.si familia.ff.de iurisd.omn.iudic.cum alijs ibi per eum adductis,super quibus se fundant Doctores ad fauorem prioris opinionis.

Ad illud quod dixit Paris.in consi.158.nume.13.volu.4. quod si statuentes voluissent in statuto comprehendere furtum,illud expressissent, sed non exprimendo voluerunt relinquere hunc casum in dispositione iuris communis, Respondeo,quod dicūtur expressisse furtum in dicto statuto tum ex mente statuētiū,

vt

vt dixi, tum ex iiſdem rationibus concurrentibus in damno, & in furto, vt ſimiliter dixi, & eo magis, quia in genere comprehenditur ſpecies, & ſic facientes mentionem de damno dicuntur comprehendiſſe furtum, vt probaui.

Nec obſtat Ripa in l. ſecunda nume. 2. in princi. ff. de damno infecto, vbi ait, quòd dominus propter furtum non dicitur pati damnum, ex quo rei vendicationem habet l. ſi mancipium. C. de rei vendicat. l. ſecunda. C. de furt. ergo furtum paſſus non dicitur ſentire damnum, quia qui actionem habet ad rem, ipſam habere videtur l. qui actionem habet. ff. de regulis iuris.

38 Nam reſpondeo, quod † minus eſt actionem habere, quàm ipſam rem, vt concludit Dec. in dicta l. qui actionem habet, nume. 4. ff. de reg. iur.

Secundo dico, quod cum ipſe dominus poſſeſſione rei fur-
39 tiue priuetur, ſatis damnum ſentire dicitur, ex † quo poſſeſſio maximum poſſidenti commodum affert. §. retinendæ, verſicu. commodum poſſidenti, Inſtitu. de interdict. l. his qui ſupra. ff. de rei vendicat. & tradit Cagnol. in l. in pari cauſa, ſub numero tertio. verſicu. tu autem, diligenter aduerte. ff. de regu. iur. & Maynard. in l. cum de lucro, nume. 1. & in l. in eo, nume. 12. ff. eod. vbi refert multa commoda, quæ poſſeſſio affert.

Nec obſtat, quod aliqui ex Doctoribus ſuperius allegati dixerint, contrariam opinionem eſſe communem, & Pariſius affirmauerit, illam ſibi magis communem videri.

Quia reſpondeo, quod Pariſius non bene computauit ſcriptores, cum ex catalogo Doctorum, quos ego ſupra recenſui pateat in contrarium eſſe veritatem eius quod affirmauit, & tanto magis quia coaceruat ipſe plures Doctores, quorum alij loquuntur in caſu ſatis diuerſo à noſtro, vt oſtendam, & alij potius noſtræ opinioni fauent, quàm aduerſentur, & inter cæteros allegat Alexand. in l. ſi familia. ff. de iuriſd. omn. iud. qui nihil ad rem noſtram ait.

Allegat etiam Marſil. in §. poſtquam. nume. 3. verſic. & ideo ſtante ſtatuto, & nume 4. verſi. nam furtum, & damnum, & in §. expedita, verſicu. & ideo ſtante ſtatuto, nume. 75. pract. crimi. & in conſi. 6. in cauſa accuſationum, nume. 1. nu. 2. nume 3. & ſequen. vſque ad finem, eumque potuiſſet allegare in l. de minore. §. tormenta, nume. 5. verſic. & ideo ſtante ſtatuto. ff. de quæſtio. & in l. maritus, nume. 15. verſi. facit etiam pro prædicta concluſione. ff. eod.

Qui tamen Marſil. fuit contrariæ ſententiæ in tract. de bannit.

in verbo, villis, nu. 51. 52. & 53. vbi remansit in hac conclusione, quod statutum loquens de damno dato emendando locum habet in furto, subdens, quòd diligenter consideratis iuribus, & rationibus per Cœpolam adductis in d. consil. crim. 18. inclinat in opinionem suam, quæ etiam magis adhæret æquitati, subdit quoq; palinodiam canens, quod si vidisset dicta iura, & rationes non tam audacter consuluisset pro contraria opinione.

Allegat pariter Dec. in consi. 83. sub nume. 3. versi. quarto ad prædictum statutum, qui sententiam mutauit mentionem faciens de hoc consilio in l. si familia, nume. 7. & nume. 8. de iurisd. omn. iud. vltra quod in dicto consilio dixit, quod statutum loquens de damno dato non habet locum in furto, nisi obstat, vt dixi, & affirmauit ipse Deci. in dicta l. si familia, numero 8.

Nec obstat Iason ab eodem Parisio allegatus in d. l. si familia, nume. 5. qui licet dixerit, quòd statutum volens, vt credatur iuramento accusatoris de damno dato non habet locum in furto, tamen in fine subdit hæc formalia verba, videlicet, caue tamen, cum damnum sit diminutio patrimonij, certè qui ligna exportauit de vinea, quamuis non inciderit, dicitur damnum dedisse, & sic apparet, quòd ipse satis loquitur ad fauorem nostrum.

Nec aduersatur Bossius, quia licet in titu. de capt. nu. 43. contradixit Cępolæ, tamen postea in titu. de damno dato, nume. 9. cum eo conuenisse videtur, vt patet ex eius verbis, & etiam ex remissione facta ad Iasonem in d. l. si familia, qui nostræ opinioni adhęret, vt dictum est superius.

Nec obstat Florian. in d. l. si seruus seruum. §. si oliuam, nume. 2. ver. secundo nota. ff. ad leg. aquil. vbi notat differentiam inter furtum, & damnum, dicens, damnum causari cum corruptione, & damnificatione rei, furtum vero cum amotione, subdens etiam, hoc esse vtile ad statuta prouidentia circa damna data.

Quia responderi potest, hanc esse differentiam quoad illum titulum legis aquiliæ, quia vbi est furtum competit actio ordinaria, & cessat actio legis aquiliæ, tamen quoad alia ille, qui cōmittit furtum, dicitur dare damnum, vt dixi nume. 35. ver. & ita quoque responderi potest, tanto magis quia genus comprehendit species, vt pariter dixi nu. 20. & 21.

Nec quicquam faciunt Baldus, Alexander, Decius, Iason, Claudius, & Marsilius à Parisio allegati, prout nihil faciunt Romanus Curtius iunior, Gratus, Bonacossa, & Magonius, tum quia Decius, Iason, & Marsilius mutauerunt sententiam vt

supra

supra dixi, tum etiam quia supradicti omnes Doctores loquuntur in casu satis à nostro diuerso, dicunt enim, quod statutum volens, quod de damno dato credatur iuramento damnum passi non habet locum in furto, & ex hoc patet, quia dictum statutum dicitur odiosum, & contra ius commune, quo ca-
40 uetur, vt† nemo possit esse testis in causa propria. l. nullus. ff. de testibus, l. omnibus. C. eo.

Item est etiam contra ius commune in hoc, quia vnius te-
41 stimonio non creditur, nam vulgo dicitur, vox † vnius vox nullius. l. iusiurandi. C. de testib. cap. veniens. cap. cum a nobis, & cap. licet, eod. titu. immo dicitur contra ius diuinum, nam
42 † de iure diuino constitutum est, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, vt voluit Odofred. in l. fina. sub nume. 4. C. si contra ius, vel vtilit. publ. & ibi Bald. nume. 2. versi. & primo quæro, & Castrens. sub nume. 2. ver. de secundo, & Imol. in l. testamenti, nume. 2. ff. de testamen. & ibi Angel. nume. 3. & Salycet. in l. si non speciali, sub nume. 3. C. eod. & Grat. in consi. 10. & si causa, nume. 24. versic. item operatur, volumi. 2. vbi ait, quod est contra bonum, & æquum, ac contra ius diuinum, vt vni soli credatur, & Ioan. de Selua in tract. de iureiuran. part. 4. nume. 47. versi. 49. & Petrus Ant. Petra in tracta. de fideicommiss. quæstio. 12. nume. 559. versi. pro hac parte, & Feder. de Senis in consi. 17. quæstio talis est, sub nume. 4. versi. & cum de iure diuino, & Roman. in sing. 361. tu scis, in princip. & Tiraquell. in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo, nume. 2. ver. secunda ratio, & nume. 3. versi. ex quibus, & Farinac. attestans de verissima, & communi opinione in quæstione 63. c. 1. nu. 2. versi. amplia primo, lib. 2. quæst. & commun. opin. crim.

43 Ergo tanquam exorbitans, & † odiosum restringi debet, & non ampliari ad alij casum c. odia, de reg. iur. in 6.

44 At † statutum, de quo agitur, dicitur æquum bonum & à iure communi iustificatum, ac fauorabile propter publicam vtilitatem, vt ait Bald. in l. si quis non dicam rapere, sub nume. 17. C. de episc. & cler. vbi ait, quod tale statutum dicitur æquum, & quod sit bonum, quia cum ratione factum, vt tuta sint territoria, licet contineat iniustitiam, dum vult, quod alter pro altero puniatur, uoluit Paul. de Castro in l. omnes populi, nume. 10. in fine, ff. de iusti. & iur. & Calcan. in consi. 63. nume. 4. versi. & per hoc tollitur, vbi ait, huiusmodi statuta esse iustissima, & à iure communi informata, vt Domini, & communia teneant territoria malis hominibus purgata, & Cato Saccus in consil. 65. & placet, in principio inter consilia Calcan. vbi ait, hoc statutum habere aliam fauoris rationem, quia commodius

impensa portatur à pluribus, quam ab vno, & reprimitur hominum audacia, ne depredationes, & depopulationes fiant, & vt scelesti homines à delictis abstineant, nam cum ex istis refectionibus videant ad illos, quibus principaliter nocere destinarunt damnum non pertinere, sed malis suis operibus crumenas publicas lædi, à damnorum illatione facile se abstinebunt, vt hanc rationem considerauit Dec. in consil. sexagesimoquarto diligenter pro viribus, sub nume. 3. & sub nume. 6. & Cacheran. in decisio. 88. sub nume. 25. vbi subdit, has causas respicere publicam vtilitatem.

Et ideo censetur fauorabile, licet sit penale, & videatur odiosum, vt ait Marsil. in l. fi. nu. 178. ff. de iurisd. omn. iud.

45 Et † per consequens vti fauorabile respiciens publicam vtilitatem late interpretandum, & extendendum est, vt ait Deci. in cap. quæ in ecclesiarum, nume. 72. de constit. & in consil. 65. pro tenui facultate, nume. 2. & Socin. iun. in l. 1. nume. 56. ff. de leg. 1. & in l. 1. num. 424. ff. de acquir. possess. & Tiraquel. in l. si vnquã. in verbo, libertis, nume. 61. versi. igitur. C. de reuo. donat. & Cefal. in consi. 309. nume. 69. & nume. 70. volumi. 3. vbi nume. 71. ampliat hoc etiam si statutum sit exorbitans.

Et quatenus aliquid odij contineret, dum vnus punitur pro alio, attamen plus fauoris continet in compescenda voragine sequentium aliena, & in punienda culpa, & negligentia non custodientium territoria, & non capientium malefactores, &
46 ideo magis dicitur fauorabile, quam odiosum, tum quia † sic in dubio præsumitur, vt ait Bald. in l. 2. num. 2. & nume. 3. C. qui non poss. ad libert. peruen. & sequitur Tiraquel. de retract. lignag. in præfat. sub nume. 56. versi. & quia etiam, & nu. 66. versi. verum idem Bald.

47 Tum etiam quia † vbi concurrit fauor, & odiũ, debet potius considerari fauor, quam odium, vt ait Abb. in cap. in literis, in fin. nume. 34. de restit. spoliat. & Ioan. Royas in tracta. de hæret. in sing. 88. nume. 8. vbi multis allegatis dixit, quod potius consideratur fauor, quàm odium in lege, vel constitutione ex parte aliqua continente fauorem, & ex alia odium, & Pet. de Ancharan. in consi. 37. contra Ioannẽ, sub nu. 2. in fi. vbi dixit, quod in concursu odii, & fauoris debet præferri fauor, & idem tradit in consi. 215. scripsit, nume.. 8. versi. in contrarium, & sequitur Tiraquell. in dicta præfat. sub nume. 66 versicu. nam & alias, de retract. lignag. & hoc idem affirmauit Dec. in l. venia, nu-
48 mero 5. C. de in ius vocan. vbi ait, quòd † statutum excludens fœminas stantibus masculis licet dicatur odiosum ex parte filiarum, & fauorabile ex parte masculorum, tamen quia vna

eademq;

eademque res non debet diuerſo iure cenſeri, concludit, quod dictum ſtatutum abſolute ſit fauorabile, ſubdens, hanc eſſe non ſolum communem, ſed etiam magis communem opinionem, & idem tenuit Burſatus atteſtans pariter de magis communi opinione in conſil. ſeptuageſimoſexto, ex hac ſerie, nume. 28. verſi. vt hinc duo inferam, volu. primo, & communem dixit Crauet. in conſil. 118. in hac cauſa, nume. 10. & Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fideicommiſſ. art. primo ſub nume. 24. vbi ait, quod ſtatutum excludens fœminas propter maſculos licet ſit in damnum fœminarum, attamen eſt fauorabile attenta principali intentione, quæ fuit conſeruare bona in familia, & agnatione, ſubdens, hanc eſſe communem ſcribentium traditionem, & Crotus in l. omnes populi, nume. 149.
49 verſicu. vltima concluſio. ff. de iuſtit. & iur. vbi ait, quod † quando diſpoſitio eſt partim odioſa, & partim fauorabilis, tota iudicatur fauorabilis, inferens ad huiuſmodi ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, & Tiraquell. in præfat. de retra. lignag. nume. 65. verſicu. at mihi nunquam placuit, vbi
50 etiam dixit, quòd † non poteſt quippiam extendi in fauorem vnius, quod non vertatur in odium alterius, vt è conuerſo, & idem dixit in §. 30. nume. 5. verſicu. & ex hoc inferunt, de retract. lignag.

Ex quibus ſublatum eſt fundamentum Pariſij, & aliorum, qui dicebant, ſtatutum propoſitæ quæſtionis puniens vnum pro altero dici contra ius commune conditum, & per conſequens odioſum, quia immo cenſetur fauorabile, vt dictum eſt.

Non eſt igitur mirandum, ſi ſtatutum prædictum latè debeat interpretari & ad improprias ſignificationes extendi, cum ſit fauorabile, vt ait Deci. in dicta l. venia, nume. 6. C. de in ius vo-
51 can. vbi dixit, quod † in materia fauorabili ſit extenſio receden do à proprietate verborum, vt ait Roman. in conſil. 105. viſo
51 themate, ſub nume. 2. in fin. vbi ait, quòd † ſtatutum reſpiciens publicam vtilitatem extenditur etiam ad caſum improprium, & ſequitur Dec. in cap. 2. ſub nume. 24. de praben. & ibi Addit. in verbo, publicam.

Quæ res non ſic dicenda eſt in ſtatuto diſponente, vt de damno dato credatur iuramento damnum paſſi, cum non contineat fauorem, ſed merum odium, vt ſcilicet credatur alicui in cauſa propria, necnon vt credatur vnius teſtimonio, vt prædixi, & ita per hanc rationem Gratus confirmabat ſuam opinionem in conſil. 154. nume. vigeſimo. volumi. 2. dum dixit, huiuſmodi ſtatutum volens de damno dato credi iura-

mento damnum passi tanquam correctorium iuris communis, & odiosum non esse extendendum ad furtum, sed strictissimè interpretandum, vt minus offendatur ius commune, quam sit possibile.

Et licet allegauerim pro communi opinione Plot. in l. si quando, sub nume.823. C. vnde vi, tamen super eius verbis nullum est faciendum fundamentum, quia dum tenuit, quòd statutum obligans vniuersitatem ad emendationem damni non habet locum in furto allegauit Baldum, Decium, Alexandrum, Iasonem, vt Gratum, quorum tamen aliqui loquuntur ad fa-
53 uorem nostrum, vt ostendi, & ideo † sublato fundamento Doctoris tollitur eius opinio, vt ait Curt. sen. in consi. quinquagesimosexto, super eo quod ab ordine, nume. 7. versicu. tertia conclusio.

Nec obstat Ripa in dicta l.2. sub nume.2. in fin. ff. de damno infect. vbi credit, si statutum diceret, quòd communitas teneatur emendare damna data in territorio, quod non teneretur emendare furta, eo quòd ratio statuti non militet in furto.

Quia hoc est falsum, illæ enim rationes, quæ militant in damno dato militant etiam in furto, vt superius dixi nume.24. ergo opinio Ripæ nocere non debet.

Et licet videatur ex prædictis sufficienter responsum Doctoribus in contrarium allegatis, & eorum rationibus, vt res tamen magis elucescat dico, prout dixi, quòd loquuntur in casu diuerso à nostro. Præterea quòd Roman. in dicta l. 2. in fin. ff. de damno infect. non figit pedem dum subdit, se non determinare, quia quæstio tunc erat de facto. Magonius vero allegat Bossium, & alia iura, cuius fundamenta iacta sunt, & Bossius ipse mutauit opinionem, vt dixi nume. trigesimonono. versic. nec aduersatur.

Nec ratio adducta per Curtium iuniorem vera est, siquidem non probat, quòd damnum sit genus, & species, prout e
54 adoptio, quæ † diuiditur in adoptionem, & arrogationem, & sic consideratur vti genus, & vti species. l. 1. ff. de adopt. quinimmo dico, damnum esse tantum genus comprehendens sub se suas species, vt probaui per Doctores, quos superius allegaui.

Insuper cum damnum habeat sub se diuersas species, vt furtum, rapinam, & similia, si vera esset in hoc casu argumentatio Curtij iunioris, quòd in dubio verba debent intelligi in specie, non autem in genere, incertum esset de qua specie damni statutum intelligere voluisset, & ideo vitiaretur per ea, quæ no-
55 tant Marsil. in rubr. C. de probat. nu. 354. vbi ait, quod † incerti-

tudo

tudo, seu dubietas regulariter vitiat omnem actum, & omnem dispositionem.

Ad glo. in constit. Regni, responderi potest prout supra num. 35. ver. & ita quoque cum versiculis sequentibus.

Ex quibus liquido constat, Parisium, Plotum, & Magonium non benè ponderasse Doctores ab eis allegatos, propter quod sequitur, quod si ab ipsis detraxeris omnes illos Doctores, qui patiuntur supradictas exceptiones, apertè constabit, quòd paucissimi sunt illi, qui nostrę opinioni aduersantur, quam tenemus vti communem, & veriorem.

Finis Quæstionum.





TRACTATVS QVIBVS MODIS ORDINARIVS EFFICIATVR DELEGATVS.

LVDOVICI RODOLFINI de Sabloneta Iur. Vtr. Doct.

In quo copiosè habetur, quibus casibus industria personæ electa censeatur.

Et quatuor principales vtilitates recensentur ex huiusmodi tractatione.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, quando Princeps in commissione sibi facta vtitur verbo, delegamus.*

2 *Iudex ordinarius efficitur delegatus per commissionem sibi factam, vbi processus non valeret, nisi esset delegatio, & affertur exemplum.*

3 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, quando aliquid sibi committitur ad eius iurisdictionem non spectans.*

Iudex ordinarius non efficitur delegatus, quando aliquid sibi committitur ad eius ordinariam iurisdictionem spectans, ut si dicatur, iustitiam faciat, uel ministres, sed iurisdictio dicitur excitata tantum.

4 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, quando aliquid additur, vel detrahitur eius iurisdictioni ordinariæ ex communi, & ueriori.*

Reiecta per Authorem aliquorum distinctione.

5 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, quando Princeps in rescripto dixisset, talis uice nostra, vel authoritate nostra iustitiam faciat, uel causam cognoscat, ex communi.*

Declara quando talia uerba apponuntur in principali dispositione rescripti, secus si apponũtur in confirmatione, seu in executione dispositionis,

bi,

ibi, & affertur exemplum.

6 Iudex ordinarius efficitur delegatus, si Princeps rescribat, vt causam decidat appellatione remota, vel alia simili clausula utatur.

Declara, vbi appellatio à iure prohibita nō esset, secus si à iure probibita esset, quia per huiusmodi clausulæ appositionem ordinarius non efficitur delegatus, ibi.

7 Iudex ordinarius efficitur delegatus, quando rescribitur, ut iustitiam faciat, & ante executionem referat, quia alterata est iurisdictio ordinaria circa relationem, ad quam non tenebatur.

8 Iudex ordinarius an efficiatur delegatus, quando in rescripto apposita est clausula, summariè?

Vulpell. damnatur ab Authore ibi.

9 Iudex in causa summaria maiorem potestatem habet, quàm in ordinaria.

10 Iudex in causa summaria potest abbreuiare dilationes, non tamen ita vt probationes, & legitimæ defensiones pereant.

11 Verbum, summarie, in rescriptis positum tollit ordinem iudiciorum.

12 Clausula summarie, importat idem quod secundum æquitatem.

13 Apices iuris non attenduntur, vbi proceditur secundum æquitatem.

14 Noua species, & dispositio creatur, vbicunque aliquid additur, uel detrabitur dispositioni, vel certæ rei.

15 Causa ordinaria efficitur summaria, si in rescripto appositum fuerit verbum, statim, uel confestim, quia ista verba significant summariam cognitionem absque ordine iudiciario ex communi.

Idem quando apponitur dictio, illico, mox, quàm celerrimè, quam citius, & similes, ibi, ex communi.

16 Iudex ordinarius efficitur delegatus quādo in rescripto apposita sunt uerba, summarie, simpliciter, & de plano, vel verbum, de plano tantum.

17 Iudex ordinarius efficitur delegatus, quādo in rescripto apposita est clausula sola facti ueritate inspecta.

18 Causa ordinaria non efficitur delegata per appositionem clausulæ summarie, de plano, & sola facti veritate inspecta, quando causa de sui natura est summaria.

19 Iudex ordinarius non efficitur dèlegatus, quādo in rescripto apposita est clausula summarie rē & ipse ordinarius est omniū causarū tā ordinariarū quā summariarū iudex secundum Salycetum, et Socinū seniorē.

Contrarium tenuit Author ibi.

20 Iurisdictio delegata est odiosa.

21 Odia sunt restringenda.

22 Delegatio à Principe facta est fauorabilis.

23 Specialia duo circa idem concurrere possunt, quando vnum èst consequentium alterius.

24 Iudex ordinarius efficitur delegatùs, quando Princeps rescribit, ut non obstantibus ferijs procedatur in causa, secundum Corneum.

Contrarium sub nu. 25. ex communi.

Iudex

25 *Iudex non potest ius dicere tempore feriarum.*
Nisi partes sponte litigarent, ibi.
26 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, si in commissione dicatur vt procedat non obstantibus statutis.*
27 *Iudex ordinarius regulariter tenetur seruare statuta.*
28 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, si sibi committatur, ut non admittat exceptionem contra instrumentum guarentigiatum non obstante statuto contrarium disponente.*
29 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, si eidem committatur, vt aliquid faciat, propter quod tollatur arbitrium, quod habebat, & ibi affertur exemplum.*
30 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, ubi Princeps vtitur in rescripto, uel commissione, verbo, præcipimus, ex communi.*
31 *Iudex ordinarius an efficiatur delegatus per commissionem factam per verbum, mandamus? & sub nu. 33.*
32 *Verbum, committimus, appositum in commissione ordinarij importat delegationem.*
33 *Iudex ordinarius potest cognoscere per se, vel per delegatum ab eo.*
34 *Iudex, cui aliquid committitur per verbum, præcipimus, tenetur per se ipsum cognoscere, & iudicium exercere, non per alium ex communi.*
35 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, si in cõmissione apponatur verbũ, iubemus, quod importat necessitatem, ut non possit fieri sub delegatio.*
Idem dicitur de verbo, iubemus, & de uerbo, monemus, ibi.
36 *Iudex ordinarius fit delegatus, quando sibi cõmittitur, quòd debeat causam cognoscere propter uerbum, debeat, per quod uidetur ei neceßitas imposita per se ipsum, & non subdelegatum ab eo cognoscendi.*
37 *Verbum, debet, regulariter importat necessitatem.*
38 *Verbum, debet, aliquando non importat necessitatem, sed honestatem secundum subiectam materiam, etiam si addatur uerbum, omnino.*
39 *Iudex ordinarius efficitur delegatus, quando in commissione electa est industria personæ, quia tunc non potest subdelegare tàm de iure ciuili, quàm de iure canonico.*
Et referuntur exempla numeris sequentibus.
40 *Industria personæ dicitur electa, quando in commissione dicitur de circunspectione, & industria, vel bonitate, vel legalitate tua confidentes, & nume. 43.*
Amplia siue negotium sit magnum, siue sit paruum, ibi.
41 *Industria personæ dicitur electa, quando dicitur in commissione personaliter cognoscas, facias, vel exequaris.*
Et an tali casu iudex, seu commißarius subdelegare possit? ibi.
42 *Industria personæ dicitur electa, quando dicitur in commissione, per te ipsum, uel per temetipsum cognoscas, quia tunc iudex, cui sic committitur subdelegare non potest.*
43 *Industria personæ dicitur electa, quando aliquid committitur ratione confidentiæ*

fidentiæ, ut quia dicatur, quia confidimus vel confisi, & nu. 40.

Vel quando dicitur, committimus discretioni tuæ, de qua plurimū confidimus, quia tunc subdelegatio fieri non potest, ibi.

44 Industria personæ censetur electa, vbi negotium non determinatum committitur, vt quando diceretur, prout tibi uidebitur, uel arbitrio tuo.

45 Industria personæ censetur electa, quando commißum est officium sine iurisdictione, & sic actus nudi ministerij puta ambasciata.

46 Industria personæ censetur electa, quando Princeps committit ea, quæ sibi sunt reseruata in signum supremæ potestatis, & tunc non potest fieri subdelegatio, & nu. 52.

47 Industria personæ censetur electa, quando aliquid committitur, & dicitur in commissione, in quo, vel super quo conscientiam tuam oneramus, & per talia uerba non potest fieri subdelegatio.

Amplia ut ibi.

48 Industria personæ dicitur electa, quando in commissione dicitur talis expediat, & non alius, & uidetur prohibita subdelegatio.

49 Industria personę dicitur electa, quando in commissione dicitur, tuis manibus, uel manibus proprijs expedias.

50 Industria personæ intelligitur electa, si dicatur, tutu, vel per tete cognoscas, propter geminationem, quæ operatur, vt non possit fieri subdelegatio.

51 Industria personæ an dicatur electa, quando simpliciter dicitur, per tè videas, vel cognoscas?

52 Industria personæ dicitur electa, quando commißum est arduum negotium, & vide nu. 46.

53 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicantur ardua, magna, vel grauia negotia.

54 Industria personæ in dubio regulariter electa censetur.

55 Quando aliquid committitur duobus ordinarijs ita quòd vnus sine alio non procedat, ambo efficiuntur delegati.

56 Ordinarius non efficitur delegatus, si eidem in causa ad ipsum spectante simpliciter detur adiunctus nil addito, uel detracto.

57 Delegatus an teneatur in modo procedendi seruare statuta loci?

58 Ordinarius quando iudicauit vti delegatus, appellatur ad superiorem delegantem omißo medio.

59 Causa inappellabilis ex potestate ordinaria per delegationem efficitur appellabilis, nisi aliter dicatur.

60 Ordinarius si procedat uti delegatus, iudicium, & proceßus non valet, quia procedit authoritate, quam non habet.

61 Habens duplicem potestatem, seu iurisdictionem, & procedens simpliciter, videtur ex vtraque procedere, & eo meliori modo potest, vt actus valeat.

62 Ordinarij non possunt capere sportulas, sed delegatis capient.

63 Delegati ecclesiastici capiunt sportulas ex consuetudine.

Ordina-

64 *Ordinarius effectus delegatus per commissionem sibi à Principe factam iudicando in causa, in qua sine delegatione omnino habuißet iudicare, non potest capere sportulas.*

Amplia etiam si adesset consuetudo, ibi.

Contrarium tenuit Author ibidem.

65 *Consuetudo valet permittens sportulas ordinarijs ex communi.*



1 Larissimi uiris est, quòd iudex ordinarius nonnullis modis delegatus effici potest. Primo † ordinarius efficitur delegatus, quando Princeps, vel superior in commissione sibi facta vtitur verbo, delegamus, qa cum verba sint clara, eis standum est, vt ait Abb. in c. licet in corrigendis, sub nume. 3. de offic. ordin. & ibi Ioan. And. sub nume. 7. ver. vel dicatur, & Ang. in consi. 214. primo est vidẽdum, sub nume. 1. & Matthæsil. in sing. 89. nota quòd vbicunque, in fi. & Socin. in l. more maiorum, nume. 27. versic. tertiò limita. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Iacobin. de Santo Georg. num. 16. ver. sed ego addo in 1. lect. & Imol. in d. c. licet in corrigendis, sub nume. 9 versi. idem si dicatur, de offic. ordin. & Curt. iun. in l. mandata, nume. 5. ff. de offic. eius. vbi attestatur de communi opinione, addo Marant. de ordin. iudic. in 5. princip. distin. iudic. sub nu 4. ver. quomodo autem, in 4. par. & Marsil in tract. de bãnit. in verbo, commissario, nume. 71. ver. notabis tamen, & Granut. in theorem. 21. nu 5.

2 Secundo † ordinarius efficitur delegatus per commissionem sibi factam, quando processus non valeret, nisi esset delegatio, qa licet verba rescripti non videantur alterare iurisdictionem ordinariam, tamen vt valeat processus, censetur delegatio, vt ait Ias. in l. ius autem ciuile, sub nume. 8. versi. secundo limita. ff. de iusti. & iure, vbi affert exemplum Cardinalis, qui Paduæ cõsuluit in quodam casu, in quo à delegato Principis appellatum fuerat ad ipsum Principem, qui cõmisit ordinario loci, vt vis faceret, nam ex quo delegatus Principis cẽsetur in illa causa maior quocunque ordinario. c. sanè, de offic. deleg. certè ordinarius non potuisset cognoscere vt ordinarius, ergo vt valeat processus, censebitur delegatus, licet verba commissionis non videantur in aliquo iurisdictionem alterasse, quod est notandum secundum ipsum, & hoc idem tenuit Deci. in l. more maiorum, nume. 34. ver. & quod dictum est. ff. de iurisd. omn. iudic. & Gabr. Sarayn. ad Matthæsil. in sing 89. ver. secundo limitantur, & Felyn. in d. c. licet in corrigendis, nume. 5. versi. prædicta omnia, de offic. ordin. & ibi Imol. sub nume. 9. ver. & prędicta etiam, & Ioan. Crot. in l. 1. §. si quis simpliciter, sub nu. 8. ver. secundo fallit. ff. de verb. oblig. & nu 9 in 1. lect. vbi ait, quòd hoc nullam continet dubitationem,

tationem, & miratur, quòd aliqui tenuerint contrarium.

3 Tertio † iudex ordinarius efficitur delegatus, quando aliquid sibi committitur ad eius iurisdictionẽ non spectans, vt ait Abb. in d.c. licet in corrigendis, sub num. 3. de off. ordin & Granut. in Theorem. 21. sub nu. 1. vers. idcirco scias, & Iacob. de Nigris in l. & si prætor, sub nu. 4. vers. quia respondeo. ff. de off. eius.

Secus si illud, quod sibi committitur ad eius iurisdictionem ordinariam spectaret, quia ordinarius reputabitur, vt si dicatur, iustitiam faciat, vel ministret, quo casu iurisdictio dicitur excitata, non delegata, vt ait Ang. in d.l. ius autem ciuile, nu 6. ff. de iust. & iur. & ibi Ias. nu. 2. & Rom. in cons. 285. omnia, nu. 2. vers. nec refragatur, & ita notat Pau. de Castro in l. j. §. opus nouum, nu. 2. ff. de no. oper. nunc. & in l. & si prætor, num. 3. versi. item si superior. ff. de off. eius. & Matthæsil. in d. sing. 89. & Soc. in l. more maiorum, n. 21. vers. tertia conclusio. ff. de iurisd. omn. iud. & Petr. de Ancha. in d c. licet in corrigendis, nu. 3. vers. quartò nota, & ibi Imol. nu. 8. de off. ord. & Lancellot. Galliaul. in d.l. 1. §. si quis simpliciter, sub num. 10. ff. de verbo. obl. & ibi Alciat. sub num. 11. vers. tertio adducitur ratio, & Purpura in l. & si pretor. num. 21. ff. de off. eius, & Rom. sub n. 10. vers. tu autem, & Dec. in consi. 404. nu. 10 circa medium, & Decian. in cap. 25. sub nu. 16. versi. & nota, lib. 4. rerum crimin. & Menoc in præsumpt. 16. nu. 24. versi. aut causa hæc, lib. 2. & Granut. in theorem. 21. nu. 2. & Caro. in tra. de loc. tit. de sportulis iudicũ, n. 45. lib. 1. in 2. edit.

4 Quartò † quando additur, vel detrahitur iurisdictioni iudicis ordinarij per commissionem sibi factam, tũc iudex ordinarius videtur fieri delegatus, vt ait Felyn. in c. licet in corrigendis, nu. 1. de off. ordin. & Soc. in l. more maiorum, num. 22. ff. de iurisd. omn. iud. & Ias. in l. 1. §. si quis simpliciter, nu. 5. versi. quarto nota. ff. de verb. obligat. & ibi Ale. no. 11. versi. inducit secundo, & vers. aut eadem, & Hieronym. Butigell. n. 3. & nu. 4. & Lancell. Galliaul. num. 10. versi. sexto nota, vbi ait, quod hoc sequuntur communiter Doctores, & ibi quoque Alciat. sub nu. 11. versic. quod addat, & Boer. in quæst. 151. nu. 5. & Bru. in tract. de augumento, conclus. 3. prin. num. 21. & Menoch. in præsumpt. 16. nu. 25. versi. aut causa hæc commissa, lib. 2. de præsumpt. vbi dixit, hanc esse veriorem opinionem, & non esse hoc casu iurisdictionem prorogatam sicuti aliqui dicebant, & hanc opinionem tenuit Granut. in theorem. 21. nu. 3. & Caroc. in tract. de locato, ti. de sportulis iudicum, sub nu. 45. lib. 1. in 2. editione, vbi de vera, & communi opinione testatur.

Et licet aliqui distinguant dicentes, ꝙ vbi per commissionẽ aliquid addit, vel detrahit iurisdictioni ordinariæ, tunc demũ ordinarius efficit delegatus, qñ cõmissio fit personę, secus si digni-

tati,

tati,& sub nomine dignitatis,vt ait Bald.in c.fin.de offic.ord.& in l.præcipimus, versic.dic ergo.C.de appellat.& Ias.in l. ius autem ciuile,sub nu.4.in fin.ff.de iust.& iur. quos in hanc sententiam refert,& sequitur Rimin.iun.in consi.203.& prima consideratione,nu.41.& sequentibus,volu.2.

Attamen discedendum non est à supradicta limitati one communiter,& indistincte à Doctoribus recepta, quia etiam militat eadem ratio,quando commissio facta fuit dignitati, sicuti quando facta fuit personæ,quia dicitur,& creatur noua species, & dispositio,quando additur certæ rei, vel dispositioni, vt dixi infra nu.14.versi.& etiam quia,vnde cum vigeat in vtroque casu eadem ratio,merito idem ius statui debet.l.illud.ff.ad l.aquil.

Et retenta limitatione tanquam communi,ex ea infertur pri
5 mo quod†iudex ordinarius fit delegatus, quando in rescripto Princeps dixisset, talis vice nostra, vel authoritate nostra iustitiam faciat,vel causam cognoscat,vt ait Hostien.in cap.licet in corrigendis,sub nume.8.versi. secus si dixisset,de offic.ordin. & ibi Innoc.versi.si dixisset,& Abb. sub nume.3. & Bald.sub nume.4.& Imol.sub nume.9.versi.primo si forrè, & Ioan. Andr. nume.7.& Felyn.nu.2.versic.signa cognoscendi,& nu.7. vbi ait hoc esse verum secundum omnes, & cum prædictis stetit Roman.in d.consi.285.sub nu.2.& in l.1.§ si quis simpliciter, sub nume.10.versi.aut causa.ff.de verb.oblig. & ibi Alex. nume.12. & Ioan.Crot.sub nume.7.versic.idem est si dicatur,in 1. lect.& Alciat.sub nu.14.versi.nono limita,& Iacobin. de santo Georg. in l.more maiorum,nume.16.versi.sed ego addo,in 1.lect.ff. de iurisd.omn.iud.& ibi Socin.nu.28.ver.quarto & vltimo limita, & Alexan.nume.17..versic.& inquantum,& Dec nu.32.ver.in eadem glossa ibi quis dat iurisdictionem, & Gabr. Sarayn. ad Matthæsil.in sing.89.versic.& præcipuè,& Petr.de Anch. in d. c.licet in corrigendis,sub nume.3. ver. quæro qualiter, & Boer. in quæst.151.sub nu.5.in fi.& Marant.in 4.par.de ord.iudic.in 5. princ.dist.sub nu.4.versi.quomodo autem,& Decian.in cap. 25. nu.17.versi.si dictum sit,lib.4.rerum crimin.& Menoch. in præsump.16.sub nume.28.versi.qui sanè casus,lib.2.de præsump.& Granut in theorem. 21.nu.6. versi. limita secundo,& Marsil.in tract.de bannit.in verbo,commissario,sub nume.68 & prius sub nume.4.ver.aut in concessione,vbi subdit, hoc esse bene,& singulariter notandum,cum ista verba quotidie apponantur in cõmissione,seu in literis Papæ,& Caroc.in c.cum quid prohibetur,in 1.par.in 3.limit.nu.13.ver. secundo infertur, & nume.14. de reg.iur.in 6.vbi dixit, hanc esse communem opinionem legistarum, & canonistarum, quam pariter communem dixit Curt.iun.in d.l.more maiorum,nume.48.& sub nu.51.ff.de iurisd.

risd.omn.iud.licet de hoc dubitauerit Ias.in l.à iudice, ub nu me.10.versicu.octauo potest. C.de iudic. vbi ait, quod verba authoritate nostra alterant iurisdictionem, quod causa subdelegari non potest,& quod si hoc verum est, valde solemne est, quia semper talia verba apponuntur in rescriptis Papæ, subders se non ponere id pro constanti.

Hoc verum intellige, quando talia verba apponuntur in principali dispositione rescripti, vt quia dicatur vice nostra, vel authoritate nostra causam decidas, vel cognoscas, secus si apponerentur in confirmatione, seu in executione dispositionis, puta si committeretur iurisdictio ordinario,& in fine rescripti diceretur, quod quicquid eius authoritate fecerit Princeps ratum habebit, quia clausula posita in executiuis non ampliat, nec immutat naturam principalem actus, vt ait Ias. in l. ius autem ciuile, nume 7. versi. limita prædicta. ff. de iusti.& iure,& Felyn. in c. licet in corrigendis, sub nume. 7. versi. tertia declaratio, de offic. ordin.& Socin. in l. more maiorum, sub nu. 28. versi. quæ tamen intellige,& nu. 29. ff. de iurisd. omn. iud.& ibi Dec. sub num. 32. ver. secus videtur,& Alexan. sub nume. 17. versi. dicas hoc esse verum,& Gabr. Sarayn. ad Matthæsil. in sing. 89. ver. quæ tamen limitantur,& Curt. iun. in d. l. more maiorum, nume. 52.& ibi Purpurat. nu 48. ver. limitatur conclusio,& Ioan. Crot. in l. 1. §. si quis simpliciter, sub nu. 7. ver. prædicta limitantur. ff. de verbor. oblig.& Decian. in cap. 25. sub nu. 17. lib. 4. rerum crim.& Granut. in theorem. 21. sub nu. 6. ver. sublimita.

6 Infertur secundo, quòd † iudex ordinarius dicitur delegatus si Princeps rescribat, vt causam decidat appellatione remota, vel alia simili clausula vtatur, vt ait Hostiens. in c. licet in corrigendis, nu. 9. versi. item secus, de off. ordin.& ibi Abb. sub nume. 3.& Imol. sub nume. 9. ver. idem videtur velle,& Ioan. Andr. sub nume. 7. ver. item si dicatur,& Petr. de Anch. sub nume. 3. versi. quæro qualiter,& Iacobin. de Santo Georg. in l. more maiorũ, nume. 16. ver. sed ego addo, in 1. lect. ff. de iurisd. omn. iud.& Marant. de ord. iud. in 4. par. in 5. princip. dist. iudic. sub nu. 4. versic. quomodo autem.

Hoc verum intellige, vbi appellatio à iure prohibita non esset, quia si esset à iure etiam prohibita, per huiusmodi clausulæ appositionem scilicet appellatione remota in rescripto positam ordinarius non efficeretur delegatus, vt ait Host. in d. cap. licet in corrigendis, nume. 9. versi. item secus,& ibi Imol. sub nume. 9. versi. idem videtur velle,& Ioan. And. sub nume. 7. versi. item si dicatur,& Anchar. sub nume. 3. ver. quæro qualiter,& Innocẽ. ver. item crederem, de offic. ord.& Iacobin. de S. Georg. in d. l. more maiorũ, nu. 16. ver. sed ego addo, ĩ j. lect. ff. de iuris. om. iud.

Infer-

7 Infertur tertio, quod † ordinarius efficitur delegatus, si sibi committatur, vt cognoscat, vel iustitiam faciat, & ante executionem referat, quia alteratio iurisdictionis circa relationem, ad quam non tenebatur, facit eum delegatum, vt ait Angel. in cons.217.in causa accusationis,sub nu.1.versi.unde quia,& Felyn.in c.licet in corrigendis,sub nu.4.vers dixit etiam, de off.ordin.& Ias.in l.ius autem ciuile,nu.6.versicu.secundo adde.ff de iust.& iure,& Marsil.in tract.de bannit.in verbo, commissario, sub nu.68.& Dec.in cap.25.sub num.19.versi.similiter si dicat, lib.4.rerum crimin.

8 Infertur quarto,quod † ordinarius efficitur delegatus, quando in commissione adiecta est clausula,summarie,quia & alterata iurisdictio,ex quo talis causa sui natura erat ordinaria,vt ait Bald.ad Specnlat.in tit.de legato,in fi. & Paul. de Castro in l.1. §.opus nouum,nu.2.ff.de no.oper.nunc.& Ias in l.ius autem ciuile,num.5.ff.de iustit.& iur.& in l.hoc edicto.§.& post operis, num.4.ff.de no oper.nunc.vbi attestatur de communi,& Fely. in c.licet in corrigendis,nu 4.versi.verbum summarie, de offic. ord.& ibi Imol.sub num 9.versi.idem si apponatur, & Fulgosi. in d.l.vis autem ciuile,num.1.versi.secundo nota, & Alex. in l. more maiorum,num.16.ff.de iurisd.omn.iud.& ibi Soc. num. 22.versi.quam conclusionem,& Purpurat. sub num.47. versic. & quod dictum est,& Ioan.Bapt.de sancto Seuerin. sub nu.20. versi.fuit etiam alias consultum, vbi tamen videtur cogitandū relinquere,& hanc opinionem tenuit Alex.in d.l.1.§. opus nouum,num.2 ff de no.oper.nunc.& Alber.in l.sæpe audiui, ver. si autem loquimur.ff.de off.præsid.& Ioan.Crot.in l.1.§.si quis simpliciter,sub nu 6.in 1.lect.ff.de verb.oblig. sub versi. expeditis notabilibus,& ibi Alciat.nu.10. versic. & supradicta regula, vbi dixit,hanc esse cōmunem opinionem, quam pariter communem nuncupauit Caroc.in c.cum quid,in 3.limit.nume.11. versi.prima est,in 1.par.de reg.iur.in 6. & in tract.de locato, tit. de sportulis iudicum,num.46 versi.vnde si,in 2.editione, lib 1. & huic adhæret Marsil. in tracta.de bannit.in uerbo,commissario,sub num.68.vbi dicit notabile, & quotidianum, & Bernardin.de Plotis in cons.133.Hercules Gonzaga,sub num.38.inter cons.crim.diuers.uol.1.in fol.& Decian.in cap.25. sub num. 18. versi. & ideo,& sub numero 19.versicu sic & verbum,summariè,lib.4 rerum crimin. & Grau. in theorem.21.num.9. versi. & ideo,& Brun.in tractat.de augumento, conclu.3.princip.sub nume.21

Et ita teneo,quicquid dixerit Anchar.in consil.201. præmittendum est,num.3.versi.ex quibus ad propositum,& Oct. Vulpel. in tract.de præposit.aduerb.& coniunct.significat.in verbo,summari-,

mariè, sub nume. 3. qui non bene computauit scriptores hac de re tractantes, quia non dixisset, quòd vix percipi potest, quæ sit in hoc crebrior sententia, cum appareat ex præcitatis opinionē affirmatiuam esse communem.

Et tanto magis opinio Anchar. & Vulpell. est erronea, quia negari non potest, quin sit alterata iurisdictio ordinarij, cui committitur causa summarie cognoscēda, tum quia causa, quæ erat ordinaria efficitur summaria, vt dicunt Doctores supracitati, tū
9 etiam quia † iudex in causa summaria maiorem potestatem habet, quam in ordinaria, vt ait Bald. in l. frustra, num. 4. ver. modo quæro. C. de probat. & Ias. in §. omnium, nu. 113. Institut. de act.
10 & Cefal. in l. centurio, num. 92 ff. de vulg. & pupill. scilicet † in abbreuiandis dilationibus, non in substantialibus iudicij, non tamen ita possunt abbreuiari dilationes, quod probationes, & legitimæ defensiones pereant, vt ait Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo, summariè, nu. 2 & 3. vers. expeditur autem, & Georg. Natta in clem. sæpe. §. quæ omnia, in verbo, expeditis glossa & his, sub nu. 6. versi. & si dicatur, de verb. sign. & Cacher. in decis.
11 l. quoniam, num. 1. vbi subdit, quod † simplex verbum, summarie in rescriptis positum ordinem iudiciorum tollit, quod idem ante ipsum docuit Bar. in d. verbo, summarie, sub nu. 2.
12 Item quia † clausula summarie id ipsum quod clausula secūdum æquitatem significat, vt ait Cior. in cons. 82. dubitationib. num. 2. vers. quæ sane conclusio, vol. 2. vbi subdit, quod quando secundum æquitatem proceditur, non licet excipere, agentem esse mulierem, ex quo secundum eum huiusmodi exceptio vi
13 detur desumpta ex iuris apicibus, quæ † eo casu non attēditur, vt ait Dec. in l. fœminæ, nu. 16. ver. vltimo fallit. ff. de regu. iur. & in c. cum dilecta, sub nu. 31. versi. quinto fallit, de confirm. vtil. vel inutil. & Iacobin. de santo Georg. in l. alienam, nu. 5. & nu. 6. C. de procur. & ibi Ias. sub nu. 2. versi. quinto limita, ergo videtur, quod hoc casu sit alterata iurisdictio.
14 Et etiam quia † vbicunq; aliquid additur, vel detrahitur dispositioni, vel certæ rei, creatur noua species, & dispositio, vt ait Ias. in l. 1. §. si quis simpliciter, nu. 5. versi. quarto nota. ff. de verb. obl. & Bernard de Plotis in consil. 133. sub nu. 38. in fi. inter cōsi. crim. diuers. vol. 1. in fol.

Causaq; non solum erit summaria, si in rescripto appositum sit verbum, summarie, verum etiam si appositum fuerit verbū illico, mox, statim, vel confestim, quàm celerrime, & quam citius, quia ista verba significant summariam cognitionem absq;
15 ordine iudiciario, vt † de verbo statim, vel cōfestim tradit Bar. in l. 1. sub nu. 2. ver. quid dicemus, ff. iudicat. solui, & in l. res quę. §. res autem, nu. 2 ff. de iure fisci, & Franc. Aret. in l. cum res legata.

gata.§.j. sub nu.4.vers.secunda conclusio.ff.de legat.1.& de verbo; mox, idem Bar.in l.momentaneæ,num.2.uersic. modo secundum utranque lecturam quæro. C. vnde vi, ubi loquitur etiam de uerbo, illico, de quo idem dicit Bar.in l.pen.nume. 2. C.depos.& Alex.in consi.42 uiso processu, sub num.3.versi.nec prædictis, uol.5.& Cefal.in consi.223.quoniam, num.19. & nu. 20.uol.2 ubi idem dicit de uerbo, statim, & de dictione quam celerrime, & quam citius quod importent causam summariam Bart.in d.l.pen.num.2.C.depos.& Bru.in tract.de forma, tit.quando censeatur forma, vel solemnitas remissa, colum.17. versic.& si dicatur, ubi ait, quod dictio cito, protinus, illico, vel sine mora intelligitur non seruato ordine iudiciario, & summarie.

Et quod istæ dictiones mox, statim, & similes importent iudiciũ esse summarium uoluit Ias.in l.naturaliter, §.nihil commune, nu.175.uersi.tu responde melius, & ibi ante ipsum Imo.sub nu. 10.versi.nec obstat.ff.de acqu.poss.& Bard.in tract.de temp.util. & contin.cap.11.in fi.& Ancha.Regiens.in quæst.4.nu.2.& nu. 3.lib.ubi dixit, hanc esse communem opinionem, quicquid dixerit Rom in l.1.§.1.nu.14.ff.de verb.obl.& Cel.in tra.de clausi. in uerbo, celeriter, & Fel.in c.iurgantium, sub num.5.uersi.scias etiam, de re iud.

16 Et multomagis † iudex ordinarius efficitur delegatus, quando ultra uerbum, summarie, uel absque eo apposita est in rescripto alia clausula, ueluti simpliciter, & de plano, ut ait Bellem. in c.licet in corrigendis, n.2.de off.ord.& Lancel.Galliaul.in l.1.§. si quis simpliciter, sub n.10.uersi.aut Princeps committit. ff.de uerb.obl. uel uerbum de plano tantum, ut ait Alc.ibi n.10. uers. & sumpta regula, uel de plano, sine strepitu, & figura iudicii, ut ait Ang.de Perus.in consil.139.uisis omnibus statutis, sub nu.3.

17 ferè ad fi.uel † sola facti ueritate inspecta, uel alia similis clausula alterans iurisdictionem ordinarii, ut de dictis clausulis tradit Lanfr.de Orian.in c.quoniam contra, in princ.sub nu.23. uersi. & est notandum, de probat.& Oct.Vulpel.in tract.de præposit. aduerb.& coniunct.signifi.in uerbo, summarie, nu.4.uersic. aut ultra, & Bernard.de Plotis in d.consi.133.sub nu.38. inter consi. crimin.diuer.uol.1. in fol.ubi dixit, hanc esse communem opinionem, quia magis est alterata iurisdictio, ex quo dictæ clausulæ magis operantur, quam simplex clausula, summarie, ut ait Dec.in d.c.quoniam contra, n 16.uersi.tertio si causa, de probat. & constat ex his, quæ notauit pleniori stilo Cacheran. in deci.j. per totam, & ex Doctoribus, quos allegauit Oct.Vulp.in d.uerbo, summarie, n.2.& Marc Ant.Eugen.in consi.89.nu.13. n.14. nu.19.nu.21.n.23.& nu.38.uol.1.

18 Limita

18 Limita tamen, quando † causa de sui natura est summaria, quia tali casu licet Princeps, uel superior eam committeret cũ clausula summarie, non tamen ordinarius efficitur delegatus, ut ait Felin c. licet in corrigendis, n.4. uers. uerbum summarie, de off. ordin. & Giand. in theorem. 21. nu. 10. & Caro. in tract. de locato, in tit. de sportul. s iudicũ, sub n.46. & 47. li. j. in 2. editione.

19 Limita etiam, quando † ordinarius est iudex omnium causarum tam ordinariarum, quam summariarum, quia licet Princeps committat causam ordinariam summarie cognoscendã, & terminandam, nõ tamen ordinarius efficitur delegatus, sed remanet in ea ordinarius, ut ait Salyc. in l. j. sub nu.7. uer. sed dominus, & nu. 8. uer. confirmatur etiam, C. quomod. & quando iudex. vbi attestat, ꝙ ita dicebat Ricardus de Salyceto patruus suus, & sequitur Soc. in l. more maiorum, n.23. uer. sed dubium pulchrum est. ff. de iurisd. omn. iud.

Tum quia Princeps, qui causam cõmittit magis alterat naturam, & qualitatem causæ, quam iurisdictionis substantiam, tum etiam quia facilius conceditur unum speciale, quam duo, nã hoc modo essent duo specialia, quia alteraretur iurisdictio, & causa efficeretur summaria. Item quia priuilegiũ est restringendum secundum quod minus habet improprietatis, per iura ab ipsis allegata.

Ego tamen dubito de ista limitatione, quia negari non posse uidetur, quin ubicunq; aliquid additur, uel detrahitur dispositioni, uel certæ rei, creetur noua species, & dispositio, ut dixi supra nu.14. uersi. & etiam quia.

20 Præterea licet † iurisdictio delegata sit odiosa, ut ait gl. in c.1. in uerbo, processus, de rescript. in 6. & Aret in cons. 60. clare uñ, 21 nu. 1. & † per consequens restringenda, c. odia, de reg. iur. in 6. ta 22 men fallit † in delegatione a Principe facta, quæ fauorabilis est, ut ait Menoch. in q.37. num.38. uersi. accedit altera ratio, de arbitr. iud.

Nec obstat prima ratio, quia dico, quod Princeps alterat substantiam iurisdictionis, ex quo iudex ordinarius causarum summariarum, & ordinariarũ habet in illa causa sibi summarie commissa, quæ ordinaria erat, maiorem potestatem, quam habebat ea ordinaria remanente, ut dixi nu.9.

Nec obstat secunda ratio, quia in commissione Principis mãdantis causam ordinariam summarie cognoscendam, & terminandam concurrit tantum unum speciale, quod est alteratio iurisdictionis, ex qua alteratione resultat delegatio. Et quatenus 23 † duo specialia circa idem concurrerent, id non obesset, quia vnum speciale esset consecutiuum alterius, ut ait Purpur. in l.1. sub num.615. uersi. undecimo arguit. ff. de off. eius. & Menoc.

in quæſtione 47.num.9.lib.1.de præſumpt.

Quo uero ad tertiam rationem nihil dico,quia credo, quod apud omnes parum ſtringat,attentis maxime prædictis.

24 Infertur quinto,ꝙ † iudex ordinarius efficitur delegatus,quando Princeps eidem committit, ut non obſtantibus ferijs procedat in cauſa,eamq; decidat,ut uoluit Corn.in conſi.184.conſului apud Aſiſium,ſub n.4.uer.ego ponderaui,uol.2. quia uř fa-
25 cta alteratio circa exercitium iuriſdictionis, ex quo † tpe feriarum iudex vti ordinarius regulariter procedere,& ius dicere nō tenebatur.l.2.& l.omnes dies.C.de ferijs, etiā ſi uellet,niſi partes ſponte uenirent, & ſententia lata foret ipſis præſentibus, & ſponte litigantibus.l.1.& l.ſi feriatis.ff.eo.

Contrarium tñ tenuit Lancellot. Galliaul.in l.1 §.ſi quis ſimpliciter,ſub n.10.uer.ex quo infertur.ff.de uerb.obli.& ibi Alc. nu.13.uer.ex qua ſequitur,& Anc.in conſi.201.præmittendum eſt,nu.3.uer ex quibus ad propoſitum,quem ſequitur Vulpell. in trac.de prępoſi.aduerb.& coniunct.ſignificat.in uerbo,ſummarie,ſub nu.3.& idem tenuit Caroc.in trac. de locato, titu.de ſportulis iudicum,n.48.uer.ſic etiam,lib.j.in 2.editione,& Marſil.in tract.de bann.in uerbo,commiſſario,n.68.uerſ. pulchrum etiam eſt,& n.69.& n.70.uer.nota.n.punctualiter,ubi ſic tenendū putat,quia per tale mandatum non cenſetur alterata cauſa, nec effecta delegata,quia iudex durantibus ferijs habebat iuriſdictionem,ſed erant ſuſpenſa organa iuriſdictionis,& ideo ſuperior nihil tribuit,ſed obſtaculum duntaxat remouet.

26 Infertur ſexto,ꝙ † ordinarius efficitur delegatus, ſi in commiſſione dicatur,ꝙ procedat nō obſtantibus ſtatutis,ut ait Granut.in theorem.21.n.3.uer.quæ limita,ubi ſubdit, hanc eſſe cō-
27 munem opinionem,quia alterata eſt iuriſdictio,ex quo† ordinarius ſtatuta regulariter ſeruare tenetur,ut ait idem Granut.in d.theorem.21.nu.4 per Fel.in c.licet in corrigendis,nu.4.uerſ.& ſi Rex ſcribit,de off.ordin.

Pro quo facit Caroc.in tract.de locato, titu. de ſportulis iudi-
28 cum,ſub nu 48.in fi.lib.1.in 2.editione, ubi ait, quod † ſi cōmittatur iudici,ut admittat exceptionem contra inſtrumentū guarentigiatum non obſtante ſtatuto contrarium diſponente ordinarius efficitur delegatus.

29 Infertur ſeptimo,quod † ordinarius efficitur delegatus, ſi eidem mandatur per ſuperiorem, ut alicui certæ perſonæ conferat,quia licet collatio ſibi iure competat,tamen ex tali commiſſione alterata eſt iuriſdictio, cum mandetur fieri certæ perſonæ tollendo ei arbitrium,ut ait Granut.in theorem.21. ſub num 4. uerſi.primus eſt.

30 Infertur octauo,ꝙ † iudex ordinarius fit delegatus, ubicunq;

ſuperior

ſuperior vtitur in commiſſione verbo, pręcipimus, vt ait Purpu. in l. more maiorum, n. 134. ff. de iuriſd. omn. iu. & Fel. latè diſputans in c. licet in corrigendis, n. 3. ver. verbum, de off. or. & Soci. in d. l. more maiorum, ſub n. 24. ver. ſecundo limita, vbi ait, ꝙ ita communiter concluditur, & hanc opinionem tenuit Ale. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, n. 12. ver. idem dico, & nu. 13. ff. de verbo. oblig. & ibi Io. Crot. n. 7. ver. notate tamen, in 1. lect.

31 Secus † ſi ſuperior vteretur in reſcripto verbo, mandamus, vel committimus, vt ait Matthæſil. in ſing. 89. nota ꝙ vbicunq;. n. j. vbi ſubdit, non videri hoc caſu datam de nouo poteſtatem ordinariam, vel delegatam, ſed veterem ordinariam excitatam, & de ſimplici verbo, mandamus, idem tradit Purpur. in d. l. more maiorum, nu. 134. ff. de iuriſ omn. iud. & ibi Soc. ſub num. 24. & hanc differentiam inter verbum, mando, & verbum, præcipio, communiter approbari nos docuit Felyn. in c. eam te, num. 11. verſ. commiſſio facta, de reſcrip. & in c. nam concupiſcentiam, ſub nu. 7. ver. ſed tamen prædicta tenentur, de conſtitu. vbi ait, ꝙ verbum, mando, importat neceſſitatem, non tamen adeo præciſam, quin cauſa poſſit per alium expediri, & quod præceptum magis arctat, & quod verbum, mando, regulariter non importat neceſſitatem, & quod ita communiter tenetur, licet Alc. in rub. ff. de off. eius. ſub nu. 43. ver. ego tamen puto, improbet hoc dictum aſſerens, mandatum Principis idem eſſe quod præceptum, & allegat multa iura ad id probandum, & dixit Vant. nullam faciens differentiam inter verbum, mandamus, & verbũ, præcipimus, quod per hæc verba iudex non poteſt alicui ſubdelegare in trac. de nullit. ex defect. iuriſ. deleg. n. 21. verſ. quinimo etiam, & dixit Corn. in conſ. 184. conſului, n. 2. verſi. item conſu-

32 lui, vol. 2. quod † verbum, committimus, importat delegationem ẽt ſi ſcribatur ordinario, & idem tenuit Io. Andr. in c. licet in corrigendis, ſub n. 7. ver. vel dicatur, de off. ord. & ibi Imo. ſub nu. 9. ver. idem ſi dicatur, & Abb. ſub nu. 3. ver. vel ſi dixiſſet, & ꝙ verbum, committere, idẽ importet quod delegare, voluit Marſ. in trac. de bann. in verbo cõmiſſario, n. j. vbi allegat multa iura.

Et ratio cur ordinarius efficiatur delegatus, quando ſibi com-

33 mittitur cauſa per verbum, præcipimus eſt, quia † ipſe ordinarius prius poterat per ſe, vel per delegatum ab eo cognoſcere. l. ſæpe. ff. de off. præſi. l. more maiorum, ff. de iuriſ. omn. iudi. & ibi Bar. nu. 10. verſi. quærit gloſſa, & Curt. iun. num. 4. verſic. quarto principaliter, & Ioann. Bapti. de ſancto Seueri. ſub nume. 12. verſicu. item limita, vbi ait, hoc eſſe perpetuo notandum, faciens differentiam inter verbum, præcipimus, & verbũ, mandamus, vt per hoc vltimum non prohibeatur delegatio, & Paul. de Ca.

34 in l. 1. ſub num. 5. ff. de damno infect. & † tamen propter verbũ,

præcipimus ipse solus erit astrictus cognoscere, nec poterit iudicium per alium exercere, vt ait glo. in d. l. sæpe, in verbo, necessitatem. ff. de off. præsid. dicens ita seruare Curiales Domini Papæ, & Domini Imperatoris, quam glossam sequitur Iaf. in l. à iudice, sub num. 10. versi. decimo notabiliter limita. C. de iudi. & esse mirabilem dixit Felyn. in c. eam te, num. 11. versi. commissio facta, de rescript. subdens, non esse tutum ab ipsa recedere, quia totus mundus eam approbat, & inquit Fulgos. in d. l. sæpè, nu. 5. quod cum Doctores stent cum glossa, & curiales hoc obseruent, stultum esset aliter attentare.

35 Et per eandem rationem subinfertur, quod † iudex ordinarius efficitur delegatus, si Princeps in rescripto vtitur verbo, iubemus, quod importat necessitatem, ita vt non possit fieri subdelegatio, vt ait Bar. in d. l. sæpe, vers. tertio casu. ff. de off. præsid. vbi Paris. in addit. in verbo, quia aut rescriptum, & Addit. ad Felyn. in c. eam te, sub nu. 11. de rescrip. & Fulg. in d. l. sæpe, sub nu. 4. versi. si autem loquatur, & sub nu. 5. versic. secunda dubitatio est, & Rebuff. in l. quod iussit, nu. 57. versi. replicui. ff. de re iudic. vbi ait, quod uerbum, iubeo, & uerbum, præcipio, important necessitatem, & Abb. in clem. præsenti, num. 1. de censib. & ibi gl. in uer. iubemus, & Iaf. in l. a iudice, sub nu. uers. decimo notabiliter limita. C. de iud. & Io. Bapt. de sancto Seuerin. in l. more maiorum, sub num. 12. uers. intellige uerba præceptiua. ff. de iurisd. omn. iud. & idem tradit Bermond. in tracta. de publ. concubin. in uerbo, teneatur, num. 1. ubi etiam idem dicit de uerbo, monemus, quod importet necessitatem.

36 Subinfertur etiam per eandem rationem, quod † si rescriptũ fuisset iudici ordinario, ut ipse causam cognoscere deberet, idẽ ordinarius efficeretur delegatus, quia per uerbum illud, deberet, uidetur eidem necessitas imposita causam per seipsum, & non subdelegatum ab eo cognoscendi, ut ait Vant. in tractat. de nullit. process. in titu. de nullit. ex defect. iurisd. delegat. sub num.
37 21. versic. uel si dictum fuisset, nam † uerbum debet regulariter importat necessitatem, ut ait Cios. in cons. 79. in proposita specie. num. 1. uersic. quare cum in bulla, uolum. 1. & glo. in clem. attendentes, in uerbo, debet, de statu Monach. & Bartol. in l. 3. §. creditores, sub numero 3. C. de pignor. ubi magistraliter loquitur, & ibi hoc uoluit Alex. in addit. & Marc. Anton. Eugen. in consil. 5. mortuo, num. 10. & Purpurat. in l. 1. num. 30. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. 1. numero 29. C. de eden. & Felyn. in capit. nam concupiscentiam, num. 6. versi. de uerbo, autem, debet, de
38 constitut. ubi ait, quod † aliquando uerbum, debet, non importat necessitatem, sed honestatem secundum subiectam materiam, etiam si addatur uerbum, omnino.

Subin-

39 Subinfertur quoque per prædictam rationem, iudicem † ordinarium fieri delegatum, quotiescunque ex verbis commissionis, vel alias deprehendi potest, electam fuisse industriam personæ, cui res committitur, quia tunc non potest subdelegare, vt ait Ant. Tassara in tract. de error. notar. cap. 62. num. 2. & Abb. in c. fi. §. is autem, num. 3. versi. nota tertio regulam, de off. dele. & Io. Andr. ibi nu. 7. & sub nu. 12. versic. tertia regula sit, & Menoch. in q. 54. nu. 7. de arbit. iud. & Purpurat. in l. 1. nu. 500. versi. ex qua ratione, ff. de off. eius. & Socin. sen. in c. ut famæ, num. si versi. vigesimoquarto, de senten excommunic. & Ias. in l. a iudice, sub num. 10. versi. quinto limita. C. de iudic. siue loquamur de iure ciuili, siue de iure canonico, vt ait Dec. in l. 1. sub nu. 28. ff. de off. eius.

40 Prout † quando dicitur, de industria, & circunspectione tua confidentes per Apostolica scripta &c. vt ait Ioan. Andr. in cap. fi. num. 7. de off. delegat. & ibi Imol. nu. 16. uersi. solue quod hic fuit dictum, & sub nu. 22. versi. exemplum secundum Innocentium, & Ioann. Bapt. de sancto Seuerin. in l. more maiorum, sub nu. 11. versic. & maxime ff. de iurisd. omn. iudic vbi ait, quod per ista verba, confidentes de industria, legalitate, & bonitate tua vi detur electa industria personæ, & Vant. in tract. de nullit. proces. in tit. de nullit. ex defect iurisd. deleg. sub nu. 21. uersi. & generaliter, & Abb. in d. c. fi. §. is autem, nu. 6. versic. secundo quæro, de off. deleg. vbi ampliat, siue negotium sit magnum, siue paruũ, quicquid dixerit ibi Innoc. prout facit ibidem Imol. sub nume. 23. & nu. 24. qui damnat in hoc Innocent. & Cardin.

41 Vel † quando dicitur, personaliter cognoscas, facias, uel exequaris, quia tunc est electa industria personæ, & subdelegare nõ potest, ut ait Ioan. Andr. in d. c. fi. sub nu. 12. de off. delegat. & ibi Imol. nu. 16. versi. solue quod hic fuit dictum, & nu. 22. uersi. circa tertiam attende, & Abb. in d. §. is autem, nu. 6. uersi. secundo quæro, nisi partes consentiant, quia tunc subdelegare poterit, ut ait idem Abb. ibi in prin. quem sequitur Marsil. in tract. de bannit. in uerbo, commissario, nu. 46. uersi. poterit etiam, nisi in aliquibus casibus, in quibus etiam partibus consentientibus subdelegare non poterit, de quibus per Abb. in d. §. is autẽ, in princ. & sub nu. 5. uersi. unde si Papa, & ibi Imola num. 5. Et quod industria personę intelligatur electa, ubi dictum esset personaliter cognoscas, uoluit Ias. in l. 1. num. 29. uersic. sed hoc colligitur. ff. de off. eius. & ibi Purpurat. nu. 501. uersi. primus est, licet titubare uideatur ibi nu. 502. per ea, quæ ibidem scripsit num. 483. & quod ideo subdelegare non possit, uoluit Menoch. in cons. 416. in eadem sententia, num. 10. uersicu. sic quoque dicimus, uol. 5. & Ias. in l. a iudice, sub num. 10. uersicu. sexto limita C. de iudic.

& ibi Castren.sub nume.8.sub versicu.item quæro,licet contrarium dixerit Grat.in consi.153.hoc thema,num.59.vol.2. vide etiam Paul de Orian.in l.1.sub nu.18.in fi.ff. de off.eius.qui titubare videtur,nam primò tenet opinionem affirmatiuam cum Iasone,& postea subdit, aduertendum esse, ne erretur in terminis,quia per verbum personaliter benè dr̃ inducta vna personalitas,sed non electa industria personæ,& drĩam esse inter istos casus,an sit electa ĩdustria personæ, vel unica personalitas inducta.

42 Vel † quando diceretur,per teipsum cognoscas,quia per talẽ clãm intelligitur electa industria personæ , & propterea subdelegare non potest,vt ait Mar.Ant. Eug.in cons.89. licet verũ sit, n.15.vol.1.& Vant.in trac.de null proc.in ti.de nulli. ex defect.iurisd.del.sub n.21.vers.aut fuisset dictum,& Paris.in l.posses.§.adipiscimur,n.2.ff.de acq.poss. vbi loquitur, qñ dicitur per temetipsum,& Ias.in l.a iudice,sub n.19.vers.sexto limita. C.de iudic.

43 Vel † quando aliquid ratione confidentiæ alicui committitr̃, vt quia diceretur, quia confidimus,vel confisi, quia tunc electa est industria personæ,vt ait Butr.in cons.48.in fi.& Crau.in cõsi. 303.nu.2.& Menoch.in q.68.sub num.11.vers. accedit ꝙ quando,de arbitr.iud.& Ioan.Bapt.de sancto Seuer.in l.more maiorum,sub nu.11.ver.& maxime.ff.de iurisdic.omn.iud.ubi ait, ꝙ per verba illa , confidentes de industria , legalitate, & bonitate tua uidetur electa industria personæ, & Rom.in consil.420.vbi ait,quod quando dicitur,committimus discretioni tuæ,de qua plurimum confidimus,subdelegatio fieri non potest.

Nec obstat Bolognet.in l.j.nu.137.ff.de off.eius. vbi ait,quod duplex est confidentia,videlicet in diffiniendo, vel in inueniendo idoneum substitutum,& subdelegatum,quia satisfacit Menoch.in d.q.54.n.14.versi.leuior, de arbit.iud.

44 Vel † quando negotium non determinatum committitur, quo casu intelligitur electa industria personæ , vt ait Crauet. in cons.303.nu.3.& Ioan.Bap.de santo Seuer.in l.more maiorum, nu.16.ff.de iuris.om.iud.vt quando diceretur, prout tibi uidebitur,vel arbitrio tuo,ut ait Menoc.in d.q.68.nu.14.de arbitr.iud. vbi inquit, in arbitrarijs esse electam industriam personæ, quia non est data certa forma actui.

45 Vel † quando commissum esset officium sine iurisdictione , & sic actus nudi ministerii puta ambasciata,ut ait Ias.in l.a iudice,sub numero 10.uersi.duodecimo limita, C.de iudic. sed hoc non facit ad propositum nostrum.

46 Vel † quando Princeps committeret ea , quæ sibi sunt reseruata in signum supremæ potestatis , quia tunc non potest fieri subdelegatio,quia ex grauitate negotij præsumitur electa industria personæ,vt ait Ias.in d.l.a iudice,sub num.10. versic. tertio

decimo

decimo limita, C. de iudic. dixi infra nu. 52.

47 Vel † si dictum esset, in quo, vel super quo conscientiam tuam oneramus, vt ait Imol. in cap. fi. sub numero 22. versiculo idem puto, de offic. delegat. & Bald. in cap. si pro debilitate, numero 12. uersic. deinde uides, eo. titu. & Alexan. in l. more maiorum, num. 23. versic. & quid si dictum sit. ff. de iurisdi. omn. iud. & ibi Ioann. Bapt. de sancto Seuerin. sub num. 11. versicu. & maxime, & Menoch. in quæst 68 num. 12. uersi. accedit, de arbitr. iud. & Ias. in l. 1. sub num. 29. versicu. & dicunt ibi. ff. de off. eius. & rursus Alexand. in l a iudice, sub num. 3. versi. & ideo dicit, & num. 4. versic. & inter cætera, C. de iudic. ubi ait, hoc esse notandum, quia talia verba quotidie apponuntur in literis Papæ, & iterum Ias. ibi sub nume. 10. versi. quinto limita, ubi hoc intelligit uerum, siue decisio causæ sit commissa conscientiæ, siue huiusmodi clausula sit apposita super toto negotio, quicquid dixerit Abb. in cap. fi. §. is autem, n. 7. uersi. & per hoc potest inferri, de off. deleg. & in cap. cum in vereri, num. 4. uersicu. & facit, de elect. subdit tamen Ias. magnam esse authoritatem Abbatis, licet loquatur contra iura, & omnes authoritates, uide tamen Purpurat. in l. 1. nu. 503. & sub nu. 508. ff. de off. eius. & Vant. in tract. de nullit. procesf. in tit. de nullit. ex defect. iurisdict. sub numero 21. uersi seu dictum fuisset, vbi ait, quod per talia uerba videtur alterata iurisdictio, ex quo electa est industria personæ, & subdelegatio prohibita est, addo Decian. in cap. 16. nu. 5. libro 2. rerum crimin. ubi ait, quod est electa industria personæ, & non potest. fieri subdelegatio per eam.

48 Vel † si dictum fuisset, talis expediat, & non alius, quia tunc videtur prohibita subdelegatio, ut ait Alex. in d. l. 1. nu. 92. ver. secundo limita. ff. de off. eius, & in l. more maiorum, nu. 22. uersi. item non delegatus. ff. de iurisd. omn. iud. & Ias. in l. a iudice, sub num. 10. ver. septimo limita. C. de iudic.

49 Vel † si dictum fuisset, tuis manibus expedias, vt ait Purpur. in l. 1. nu. 502. versi. & quartus modus. ff. de offi. eius. & ibi Paul. de Orian. sub nu. 19. versi. item plura addo, & Ioan. Bapt. de sancto Seuerin. in l. more maiorum, sub nu. 12. uersi. idem dicas. ff. de iurisd. omn. iud. uel manibus propriis, vt ait Paris. in l. possess. §. adipiscimur, n. 1 ff. de acqui. posl. & Galliaul. in l. 1. §. si quis ita simpliciter, nu. 4. ff. de uerb. obl.

50 Vel † quando dictum esset, tu tu, vel per te te cognoscas, quia propter geminationem intelligitur electa industria personæ, & non potest subdelegare, ut ait Ias. in l. 1. n. 30. uer. eodem modo. ff. de off. eius. ubi n. 33. hanc defendit opinionem, & Bald. in c. fi. n. 3. uer. nota quòd, de off. deleg. quem damnat ibi Imo. sub n. 4. dicens, ꝙ dictũ Baldi iure non probatur, sed quicquid sit, hanc opinio-

opinionem tenuit Purpurat. in l. 1. sub nu. 501. ver. & tertius quã do diceretur. ff. de offic. eius. & rursus Ias. in l. si quis in conscribendo, sub nu. 24. ver. per prædicta, & num. 25. C. de pact. & in l. à iudice, sub nume. 10. ver. nono, limita. C. de iudic. & Grat. in con si. 153. hoc thema, nu. 58. volu. 2.

51 Secus † si diceretur solum, per te cognoscas, quia non intelligitur electa industria personæ, quin possit fieri subdelegatio, vt ait Ias. in l. 1. nu. 30. ver. eodem modo. ff. de offic. eius. vbi dixit, dictum Baldi in c. fin. nu. 3. versi. nota quod dictio tu, de offic. dele. esse nouum, & singulare, & paucis incognitum, quia pronomẽ tu ponitur ad demonstrandum, non ad coarctandum.

Contrarium tamen tenuit Grammat. in consi. 3. nu. 1. in ciuilib. vbi ait, quod industria personæ dicitur electa, si dicatur, per te videas, vel per te cognoscas, adeo quod actus per alium explicari non potest, dicens de hoc esse casum clarum in 5. cum dilecta, de rescrip. & in l. vnica. C. de cad. tollen. idem tenuit Rolan. à Valle in consi. 59. nu. 30. vol. 3. vbi ait, quod si Princeps scribat alicui, per te exerceas, rescriptum est personale, adeo quod per subrogatum exerceri non potest.

52 Vel † quando commissum esset arduum negotium, quia tũc commissarius non poterit subdelegare, ex quo electa est industria personæ, vt ait Imol. in c. fi. nume. 15. ver. vnde potes concludere, de offic. delegat. & ibi Ioan. Andr. nume. 12. & Ias. in l. more maiorum, nume. 65. versi. quinto limita. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Ioan. Bapt. de Santo Seuerin. sub nume. 11. versi. hinc probabiliter dubitatur, & iterum Ias. in l. à iudice, sub nu. 10. versic. tertio decimo limita. C. de iudic. vbi loquitur de reseruatis soli Principi in signum supremæ potestatis, dixi supra nu. 46. & Dec. in l. 1. nu. 28. versi. secundo noto. ff. de offic. eius. vbi Alex. num. 6. & Ias. nu. 35. & Niger. nume. 31. & Menoch. in quæstio. 54. nu. 7. ver. probatur præterea, & nume. 11. ver. hæc enim consideratio, & in quæst. 68. nume. 15. ver. accedit prçterea, & in cas. 205. nu. 1.

53 de arbitr. iud. vbi ait nu. 3. † iudicis arbitrio relinqui, quæ dicantur ardua, magna, vel grauia negotia, & hoc vltimum voluit Innocen. in cap. fi. de offic. delegat. & ibi Ioan. Andr. nu. 13. ver. quç vero dicantur, & Imol. nume. 14. & Ant. de Butr. sub nume. 15. ver. & dicunt hic. Doctores, vbi de grauibus negotijs loquitur, & versi. quæ autem dicantur, vbi loquitur de magnis negotijs, & Felyn. in c. si pro debilitate, nume. 5. de offic. dele. & ibi Dec. nume 4. & Ioan. de Lup. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. nu. 12. & Menoch. vbi supra ait, arduum, & graue idem esse, & ideo iudicis arbitrio, relinqui, quæ ardua dicantur, & Ioan. Bapt. de S. Seuerin. in l. more maiorum, sub nume. 11. versi. pro cuius declaratione. ff. de iurisd. omn. iud.

54 Et† industria personæ in dubio regulariter electa censetur, vt ait Ang.in §.vsusfructus,sub nu 1.ver.quæro ergo.Instit. de vsufruc.& Bologn.in consi.6.nume.10.ver.quæ industria, & Seraphin.in priuileg.57.nu.10.de priuileg.iuram.

55 Adde in materia,quod† quādo aliquid committitur duobus ordinarijs,ita quod vnus sine alio non procedat, ambo efficiuntur delegati,vt ait Purpurat.in l.& si prætor,sub num.21.versi & quando.ff.de offic.eius.

56 Sed quid† si ordinario detur adiunctus simpliciter in causa ad ipsum ordinarium spectāte nullo addito,vel detracto,nisi quod coniunctim procedant,an ordinarius efficiatur delegatus? & Caroc tenuit quod,non,licet nihil alleget in tract.de locato, tit.de sportulis iudicum,sub nu.48.ver.pariter aduertendum videtur, lib.1.in 2.editione.

Vtilitas principalis huius tractationis est multiplex , vt apparet ex Marant.in 4.par.de ord.iud.in 5.princip.distin.nu.23.cum
57 multis seq.sed tantum quatuor recensebo;prima est,quod† quādo ordinarius procedit vt delegatus non tenetur in modo procedendi seruare statuta illius loci,vt ait Bald.in c. licet in corrigendis,sub nume.6.ver. istud capitulum,de offic.ord. quem refert & sequitur Iasin l.ius autem ciuile,nu.4.versi. item quando.ff.de iusti.& iure & Brun.in tracta.de augumento, conclu.3. princip.nu.23.ver.item quia ordinarius,& Rit. Merl.in tract.de plurib.potesta.in tract.7. num.8.& hoc voluit Felyn. in d.c licet in corrigendis,nume.7.in fi.& Decian.in cap.25.nu.20.ver.differentia autem est, lib.4.rerum crimin. & Plot. in consil.78.post prædictum consilium,nume.19.versi. duodecimo quia multi , vbi ait , istud non procedere in Statu Mediolani, in quo prouisum est per constitutiones illius Dominij quod delegati eas seruare teneantur in procedendo,& iudicando,& Ioan.Crot.in l.1. §.si quis simpliciter,sub nume.6.versi.an iste iudex. ff. de verb. oblig.at.vbi ampliat , hoc habere locū etiam si talia statuta sint confirmata à superiore.

Sed certè Baldus id non dicit,sed solum,quòd iudex ordinarius effectus delegatus per cōmissionem superioris non tenetur ad formas statutorum disponētium circa iurisdictionem, quod non est sic in ordinario,qui (vt subdit) tenetur seruare statuta locorum quibus potest,& Ang.in d.l.ius autem ciuile, non dicit id,ad quod allegatur per Iasonem vbi supra.

58 Secunda est vtilitas, quia† quando ordinarius iudicauit tanquam delegatus,appellabitur ad superiorem delegantem omisso medio,vt ait Hostiens.in c.licet in corrigendis,nume.8. versi. si enim,de offic.ordin.& ibi Felyn.in princip. & Bald. sub nu 4. & Marsil.in tract.de bannit.in verbo,commissario, nume 4. &

Ias.

Iaſ.in l.ius autem ciuile,nume.3.ver.effectus eſt ff.de iuſti.& iure,& in l.1.§. ſi quis ſimpliciter,ſub nume.5.ff. de verb.obligat. & ibi Hieronym.Butigell.ſub nume.4.verſi. item quia appellatur,& Lancellot.Gallial.ſub nu.10.verſi.item ſi ſit delegatus,& Imol.in d.c.licet in corrigendis,ſub nu.9.ver.& not. bene prædicta & Brun.in tract.de augumento,conclu.3.num.23.verſi. effectus autem,& Petr.de Anchar. in cap. hi qui authoritate, ſub num.3.ver. quæro quæ fuit ratio, de præben.in 6.vbi ait,quòd ſi epiſcopus committit Vicario ſuo cauſam non incluſam ſub eius generali mandato,Vicarius non cognoſcet de ea vt Vicarius,ſed vt ſpecialiter delegatus,& ideo ab eius ſententia appellabitur ad epiſcopum,non ad Metropolitanum, addo Decian. in cap.25.ſub nume.20.verſic.item à delegato,lib.4. rerum cri-
59 min.vbi propterea infert, quod † ſi ex poteſtate ordinaria cauſa fuiſſet in appellabilis,per delegationem efficeretur appellabilis, niſi aliter dictum ſit.

60 Tertia eſt,quia † ſi eſſet ordinarius, & procederet vti delegatus,iudicium,& proceſſus non valeret, quia procederet authoritate,quam non habet,vt ait Abb.in c.licet in corrigendis, nume.6.ver.extra gloſſam,de off.ordin.& ibi Imol.nume.4. verſi. nota quod proceſſus,& Anchar.ſub nu.3.verſi.quinto nota,vbi dixit, habuiſſe de facto,& Rimin.iun.in conſi.615.dubitat, nume.2.nu.3.nu.4.& nume.6.& Vant.in tract.de nullit. proceſſ.in tit.de nullit.ex defect.iuriſdict.nu.170.verſi. vt idem etiam foret,vbi ſubdit nu.171.verſic. ſciendum eſt tamen,quod habens iuriſdictionem ordinariam,& arbitralem, & ſic duplicem pote-
61 ſtatem,in procedendo non cogitur alteram eligere,& † ſimpliciter procedendo, procedere videtur ex vtraque & eo meliori modo,quo poteſt,vt actus valeat.

62 Quarta eſt vtilitas † quia † ordinarij non poſſunt capere ſalarium,nec ſportulas,ſed delegati capient,vt ait Iaſ.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter,nume.5.ff. de verb.obligat.& in l. ius autem ciuile, nume.4.ver.item ſportulæ.ff.de iuſt.& iure,& Ioan.Crot.in d.l. 1.§.ſi quis ſimpliciter,ſub nume.6.verſi.effectus etiam eſt, in 2. lect.ff.de verb.obligat. & ibi Hieronym.Butigell. nume.4. & Lancellot.Galliaul.nume.10.verſi.vtilitas eſt magna,& Alciat. nu.10.verſic.vtilitas eſt magna,& Iacob de Nigris in l.etſi prætor,ſub nu.2.ver.quarto infertur.ff.de offic.eius.& Brun.in tracta.de augumento,concl.3.princip.ſub num.23. ver. item quia ſportulæ,& Decian.in c.25.ſub nu.20.ver.itē ſportulæ,lib.4. rerū crimin.vbi dicit,hoc procedere ex conſuetudine,& Felyn.in c.
63 licet in corrigendis,nu.1.de offic.ordin.vbi ampliat, hoc † procedere etiam in delegatis eccleſiaſticis de conſuetudine, de cuius validitate traditur in c.cū ab omni,de vita & honeſt.cler.

Limita

64 Limita non habere locum † si ordinarius iudicaret in causa sibi à Principe commissa, in qua tamen sine delegatione omnino habuisset iudicare, quia sportulas capere non potest, vt ait. Felyn. in c. de hoc, sub num. 7. de simon. quem sequitur Grauat ad Vestr. in pract. lib. 7. cap. 1. sub nu. 31.

Quæ res ampliatur etiam si adesset consuetudo, vt ait idem Felyn. in c. ad apostolicam, sub nu. 2. in fi. de simon. & Angel. de Clauas. in summa, in verbo, iudex, nu. 15. ver. vtrum cõsuetudo.

Ego tamen dubito, quia Felyn. mouetur per Anchar. in consil. 197. quem non inueni hoc dicentem.

65 Item quia in contrarium est magis communis opinio, vt † valeat consuetudo admittens sportulas ordinarijs, vt ait Ias. in §. tripli, sub nume. 46. in fin. Instit. de act. & Caroc. in tract. de locato, tit. de sportulis iudicum, sub nume. 41. versi. contrarium tenet, lib. 1. in 2. editione. Similiter quia ferè vana esset conclusio superius firmata, qua dictum est, quòd si ordinarius ex commissione sibi facta iudicat vt delegatus capiet sportulas. Nisi dicamus, quod Felyn. & Angel. de Clauas. loquuntur de iudicibus ecclesiasticis, qui etsi delegati sint, nõ possunt capere sportulas, etiam si extaret consuetudo, quæ damnatur in c. cum ab omni, de vita, & honest. cler. licet etiam in hoc contrarium tenuerit Felyn. in d. c. licet in corrigendis, num. 1. de offic. ordin. asserens iudices delegatos ecclesiasticos de consuetudine capere salarium, & sportulas.

Finis Tractatus.

CON-



CONCLVSIONES D. LVDOVICI RODOLFINI de Sabloneta Iur. Vtr. Doct.

SVMMARIVM.

1 Conductor ad modicum tempus non soluens pensionem suis statutis termi nis potest expelli à locatione.

2 Conductor non soluens pensionem suis statutis terminis expelli potest à locatione etiam si adsit pactum in instrumento de non expellendo.

Quod procedit etiam si pactum esset iuramento vallatum, ibi.

3 Locator authoritate propria expellere potest conductorem pensionem non soluentem ex magis vera, & magis communi.

4 Facultas expellendi propria authoritate conductorem non soluentem pensionem transit contra hæredes ipsius conductoris.

Intellige, vt ibi remißiuè.

5 Declaratoria iudicis an requiratur, antequam conductor non soluens pen sionem authoritate propria expellatur?

6 Scholares non soluentes in tempore pensionem authoritatè propria ex pelli possunt ex communi.

7 Conductor non soluens pensionem èxpellendus est statim non post ex intèruallo, secundum Caroc. qui tamen carpitur ab Authore.

8 Conductor non soluens pensionem expelli non potest authoritate propria, si uia iudiciaria esset simel adita.

9 Locator non potest authoritate propria expellerè conductorem non soluentem pensionem, si ipse conductor resistat.

10 Conductor non soluens integram pensionem sed deficiens in aliqua partè expelli potest à locatione.

Declara vt ibi.

Quæ dicatur integra pensio ibidem remissiuè.

11 Conductor expulsus à locatione tenetur ad pensionem præteriti tẽporis.

12 Subconductor expelli potest a locatione etiam si soluerit conductori pensionem, quando tamen primus cõductor pensionem domino non soluit, & nu. 13.

13 Iure datoris resoluto resoluitur ius acceptoris.

14 Conductor vectigalium, & gabellarum non soluens pensionem èxpelli po test

test à locatione.
15 *Conductor non soluens pensionem expelli potest à locatione etiamsi in instrumento locationis locator promisisset molestiam non inferre, ibi.*
16 *Conductor non soluens pensionem locationis renouatæ cadit ab ipsa renouata locatione.*
17 *Conductor non soluens pensionem propter absentiam suam expelli potest à locatione contra communem.*
18 *Conductor non soluens pensionem suis statutis terminis expelli non potest à locatione quando in instrumento dictum esset, ut non liceret expellere ipsum conductorem pensionem non soluentem ex communi.*
19 *Conductor non soluens pensionem expelli non potest à locatione, quando locator erat debitor ipsius conductoris ex alia causa.*
20 *Conductor non soluens pensionem an possit expelli quando in instrumentò locationis apposita est pœna ob non solutionem? & nu. seqq.*
Alex. Craroc. ab Authore improbati sub nu. 25.
21 *Pœna specialis facit cessare generalem.*
22 *Expressum facit cessare tacitum.*
23 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
24 *Inductum in fauorem alicuius in eius damnum redundare non debet.*
25 *Emphyteuta non soluens canonem potest expelli non obstante, quod in contractu emphyteotico sit apposita pœna ob non solutionem canonis ex communi.*
26 *Arguendum an sit de contractu emphyteotico ad contractum locationis?*
27 *Pensio pro emphyteuti soluitur in recognitione directi dominij.*
28 *Emphyteuta non soluendo pensionem superioritatem directi dominij contemnere uidetur.*
29 *Pensio magna fructibus correspondens & illos respiciens soluitur in locatione.*
30 *Regula l. quod fauore C. de legibus, non procedit, vbi aliæ regulæ offenduntur.*
31 *Altare unum cooperiri non debet, ut alterum disco operiatur.*
32 *Aequalitas seruanda est inter contrahentes.*

CONCLVSIO I.

1 Conductor ad modicum tempus, idest intra decennium non soluens pensionem, seu fictum suis statutis terminis cadit à locatione, & ab ea statim expelli potest, vt est textus à contrario sensu in l. æde. C. locat. & ibi Angel. sub nu. 2. & Plot. in cons. 17. sub nu. 10. & Caroc. in tract. de locat. & conduct. in 4. par. tit. de recusat. q. 14. nu. 1. 2. & nu. 3. in 2. impress. vbi dixit hanc esse veram conclu-

clusionem,& Aluar. Valasc.in tract. de iure emphyt. quæst. 21. nume.1.

2 Ampliatur primo ista conclusio† etiamsi adiectum fuerit pactum in locatione de non expellendo, quia subintelligitur ex natura contractus, si modo suo tempore pensio soluatur, vt ait Caroc.in loco supracitato nu.4 & nu.5.& Aluar. Valasc.in tract.de iure emphyt.q.21.nu 4.vbi hoc extendunt, etiamsi huiusmodi pactum esset iuramentum firmatum.

Limita tamen hanc ampliationem, vt per Aluar. Valasc.ibi nu.5 & Surd.in consi.103.nu.17.& nu.18.vol.1.

3 Secundo ampliatur, vt† locator possit propria authoritate expellere conductorem pensionem non soluentem, vt ait Dec. in authen.qui rem, sub nume.17.C.de sacrosf.eccle. & Alexand. in consi.131.in causa, nume 1.volu.4.vbi dixit, hanc esse magis veram, & communem opinionem, quam vti cõmunem tenuit Aluar. Valasc.in dicta quæst.21 nu.2.& Caroc.vbi supra, num.6. vbi de magis communi testatur & nu.11.vsque ad nu. 15. ponit practicam expellendi.

4 Extende hanc ampliationem, vt† ista facultas expellendi propria authoritate transeat contra hæredes conductoris, in cuius vita locator non est conquestus, vt ait Caroc.in d. quæst. 14. nume.7.intelligendo tamen, vt per Dec.in consil.9. explorati, sub nu.2.13.& nu.14.

5 Extende, vt† nõ requiratur alia declaratoria iudicis cum modificatione data cautione ex se per locatorem de restituendo in casu succumbentiæ, vt ait Caroc. vbi supra, nu.9. vbi dixit hanc esse magis communem, subdens nu.10.semper vidisse in practica laudatum, vt fiat declaratoria circa caducitatem, in reliquis capiat authoritate propria.

6 Extende rursus, vt† procedat etiam contra scholares non soluentes in tempore debitam pensionem, quia propria authoritate expelli poterunt, vt ait Caroc.in d.4.par.tit.de recusat.q.14.nume.16.& nu.17.vbi de communi testatur.

7 Restringe tamen, vt† dicta ampliatio procedat si statim locator expellat, secus si post ex interuallo, vt ait Caroc. vbi supra, nume.18.

Sed certè ista restrictio non videtur procedere, quia Caroc.allegat Castrensi.in l.cum in plures.§.hæredem, in fin.ff.locat.qui non loquitur in his terminis.

8 Restringe etiam, vt† non procedat, si via iudiciaria esset semel adita, quia tunc conductor expelli non potest authoritate propria, vt ait Addit.ad Bart.in l.æde, ver.limita tamen.C. locat. & Caroc.in tract. de locat.& conduct.in 2.par.cap.102. sub nume.2.in 1.impress.

Restringe

9 Restringe quoque, vt † non possit locator cōductorē expellere authoritate propria, si ipse conductor resistat, vt per plura cō cludit Salycet. in l. 2. sub nu. 12. ver. sed in dubiū. C. de iur. emph.

10 Tertio ampliatur, vt † procedat, ĕt si cōductor soluerit sed nō integre pensionē, vt quia defecit in aliqua parte, quia non soluēs integre expelli poterit, vt ait Caroc. in d. q. 14. nu. 19.

Vbi nu. 20. declarat id, si scienter omiserit soluere integram pensionem, secus si per errorem puta calculi, vel similis.

Et nu. 21. declarat, quæ dicatur integra pensio.

11 Quarto ampliatur, vt † non solum conductor expelli possit, sed etiam teneatur ad mercedem, & pensionem præteriti temporis, vt ait Fulgos. in l. colonus, nu. 2. ff. locat. & ibi Castrens. sub nu. 3. vbi ait, quod colonus expulsus propter pensionem non so lutam potest conueniri ad ipsam soluēdam tempore præterito, sed non pro futuro, quia cum non gaudeat fundo, postquā fuit expulsus non debet soluere pensionem, idem tenuit Salyc. in l. quæro. §. inter locatorem, nu. 4. ver item iuxta prędicta. ff. eo. vbi dixit hanc opinionem sibi magis placere, quia pœna expulsionis est, quia non soluit, solutio vero facienda pro præterito tempore est, quia fructus recepit, vnde ambo non veniunt ex eodē fonte, & hanc opinionem tenuit Caroc. in d. quæst. 14. nu. 27. & & Aluar. Valasc. in d. q. 21. nu. 10.

12 Quinto ampliatur, vt † procedat in materia sublocationis, vt quando secundus conductor soluit primo conductori sublocan ti, sed primus non soluit principali locatori, cui præiudicari nō potest, vt ait Caroc. in tract. de locat. & conduct. in 4. part. titu. de recusat. quæst. 14. nume. 30. nu. 31. & si Addit. ad Bart. in dicta l. æde, ver. limita tamen. C. locat. contrarium tenuerit, quo tamen loci subdit, bene aduertendum esse, & hanc ampliationem ve-
13 riorem credo, quia † resoluto iure datoris resoluitur ius accepto ris l. lex vectigali. ff. de pignor. l. 3. ff. quibus mod. pign. vel hipot. sol. & ita tenuit in terminis Cacheran. in consi. 4. nume. 44. dicens Baldum contrarium tenentem communiter reprobari.

14 Sexto ampliatur, vt † procedat supradicta cōclusio in locatione vectigaliū, tributorū, & gabellarū, vt ait Caroc. in d. q. 14 nu. 32.

15 Septimo ampliat † ĕt si in instrō locationis locator promisisset & molestiā nō inferre, qa nō dr̄ molestiā inferre vtendo iure cō tractus, vt ait Caroc. in d. q. 14. nu. 35. vbi nu. seq id comprobat.

Restringe hanc ampliationem, quādo diceretur in instrumē to, ꝙ locator promisit aliquam molestiam non inferre, propter dictionem, aliquam quæ implicat, & importat tam molestiam facti, quam iuris, vt ait Caroc. in d. q. 14. nu. 38.

16 Octauo ampliatur, vt † habeat locum in locatione renouata, vt ait ibi Caroc. nu. 40.

S Nono

Nono ampliatur, vt per Caroc. vbi supra nu. 41. & seq. quę tamen non videntur propriè ampliationes ad conclusionem, & per Aluar. Valasc. in d. q. 21. nu. 8.

17 Decimo ampliatur † etiã si colonus, seu cõductor sit absens, quia absurdũ est, vt propter partis absentiam tandiu dominus pensione sua careat, vt ait Bald. in dicta l. ædes. nume. 3. C. locat. & Aluar. Valasc. in tract. de iure emphyt. quæstio. 21. sub nume. 6. vbi declarat, quomodo loquatur tex. in d. l. cũ domini. ff. locat. super quo se fundant Bartol. & communiter Doctores contrarium tenentes.

18 Limitatur autem primo supradicta conclusio vt † non procedat, quando in instrumento locationis dictum fuisset, vt non liceret expellere conductorem, etiam si statuto tempore non solueret pensionem, quia tunc non poterit expelli, quia valet pactum contra tenorem legis beneficium inducentis, vt ait Salycet. in l. quæro. §. inter locatorem, sub nume. 4. ver. item quæro. ff. locat. vbi ait, quod ita tenent communiter Doctores, idem dixit in l. 2. nu. 13. versi. quæro sexto. C. de iure emphyt. & Anch. in c. potuit, nu. 27. ver. decimoseptimo quæro, de locat.

19 Secundo limitatur, vt † non procedat, quando locator, cui debebat fieri solutio, erat debitor conductoris ex alia causa, quia tunc conductor ipsi expelli non poterit, vt ait Abb. in cap. 2. sub nu. 11. de empt. & vendit. subdens, hoc notandum esse, & Petrus Foller. in prax. censual. in ver. quæ quidem executio nullo falsi, sub nu. 53.

20 Tertio limitatur, vt † non procedat, quando in instrumento locationis apposita esset pœna in non soluentem pensionẽ, per
21 quam videtur recessum à pęna caducitatis propter enim † pœnã speciale videtur recessum à generali. l. sanctio legũ. ff. de pœn
22 Et † expressum facit cessare tacitum l. cum ex filio. §. primo
23 ff. de vulga. & pupil. præterea † contractus ex conuentione legem accipiunt, vt ait Bec. in consil. 94. nume. 28. ex conuentione partium limitatur, & modificatur natura contractus, quod fieri potest maxime in locatione vt ait Aretin. in consi. 111. considerатis sub nu. 6.

Contrarium tenuit in terminis terminantibus Alex. in consi.
24 132. nu. 1. vol. 4. ne † illud, quod est inductum in fauorem domini, scilicet appositio pœnæ redundet in eius læsionem. l. quod fauore. C. de legib. & eam sequitur Caroc. in tract. de locat. & conduct. in 4. par. tit. de recusat. q. 14. nu. 8. in 2. impress.

Mouentur ambo per glos. in l. 2. in verbo repellere. C. de iure
25 emphyt. quæ dixit, quòd † si in contractu emphyteotico apposita sit pœna propter cessationem solutionis canonis, & emphyteuta cessauerit, poterit nihilominus expelli non obstante tali

appo-

appoſitione pœnæ, quæ gloſſa communiter approbatur, vt ait Alexand. vbi ſupra, & Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 8. verſi. vlterius quero.

Ego aliquando dubitaui de opinione Alexandri & Carocij & contrarium conſului pro Bernardo Ianello, & Lazaro Cantono, quia gloſ. in dicta l. 2. C. de iure emphyt. ſuper qua ſe fun-
26 dant, loquitur in contractu emphyteotico, de quo† contractu ad contractum locationis ad modicum tempus arguendum non eſt, cum ſit diuerſa ratio inter vnum, & alterum caſum, vt ait Aretin. in conſil. 55. numero 4. vbi dixit in fortioribus terminis locationem ad longum tempus, & emphyteuſim quamuis in multis ſint ſimiles, eſſe tamen adeo diſſimiles, quod de vno ad aliud ex æquiparatione argui non poteſt, & ſequitur Aluar. Valaſc. in tracta. de iure emphyt. quæſtio. 29. ſub nume. 19. vbi addit, quòd diſpoſitum in emphyteuſi non poteſt trahi ad locationem ad longum tempus, niſi in caſibus à iure expreſſis, additque etiam, quòd contractus locationis etiam ad longum tempus, & emphyteoſis licet ſæpius æquiparentur in iure, & eadem ſit diſciplina, attamen hoc intelligitur eſſe verum, vbi eſt eadem ratio, ſecus ſi diuerſa, prout
27 eſt in caſu, de quo agimus, ſi quidem† pro emphyteoſi modica penſio, ſeu quid minimum ſoluitur in recognitionem directi dominij, vt ait Bartol. in l. prima. nume. 4. C. de iure emphyt. & Abb. in cap. potuit, nume. 17. verſicu. ſecunda concluſio, de locat. & ibi Anton. de Butr. nume. 21. verſi. quæro cum eadem gloſſa, & Imol. ſub nume. 41. & Corbul. in tract. quibus ex cauſ. emphyt. iure ſuo priuetur, titu. de cauſa priuat. ob non ſolut. cano. ampliat. 5 num. 3. & nu. 8. & ampliat. 11. nu. 2. & am-
28 pliat. 12. nu. 1. & Surd. in deciſ. 180. num. 9. & ideo† emphyteota non ſoluendo videtur ſuperioritatem directi dominij contemnere, vt ait Aluar. Valaſc. in dicta quæſtione 29. ſub nume. 21. & Surd. in dicta deciſ. 180. ſub nume. 10. & Corbul. in dicto titu. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat. 5. num. 3. & nume. 8. & per conſequens nõ eſt mirum ſi emphyteota propter hoc iure ſuo priuetur, vt ait Dec. in auth. qui rem, num. 18. C. de ſacroſ. eccleſ.

At in locatione ſaltem ad modicum tempus ſecus eſt, vt ait Bartol. in dicta l. prima. nume. 4. C. de iure emphyt. quia in
29 †ea ſoluitur magna penſio fructibus correſpondens, & illos reſpiciens, & ſic ſoluitur in recognitionem fructuum perceptorum, vt ait Anton. de Butr. in dicto capit. potuit nume. 21. & ibi Imol. ſub nume. 41. & Ruin. in conſil. 57. nume. 10. volu. primo, licet etiam loquatur in locatione ad longum tempus quod vltimum ſuſpectum fuit Aluar. Valaſc. in dicta quæſt. 29.

 nu. 19.

nu.19.& propterea in emphyteota non soluente canonē adest delictū ratione contēptus domini, at in cōductore nequaquam.

30 Nec obstat † regula l.quod fauore. C.de legib. quia non procedit, quando sequendo eam offenderentur aliæ regulæ, quas superius allegaui nume. 21. & seq. ita sanè videtur innuere Cyn.
31 in d.l.quod fauore sub nu.1. nam † non debet cooperiri vnū altare, vt alterum discooperiatur. ca.cum causam, de præb. assiduis. C.qui pot.in pign. habeant.

Præterea non magis dicere possumus pœnam illam appositam fuisse in fauorem conductoris, quam locatoris, immo quādo esset parua, & modica diceretur potius in fauorem cōductoris apposita ad limitandum, & modificandum naturam cōtractus, seu saltem dicendum est, pœnam ipsam appositam fuisse
32 gratia vtriusque, vt † æqualitas seruetur, quæ seruanda est inter contrahentes Bec.in consi.45.nu.23.

Qui autem vult videre alia in materia adeat Caroc. & Valasc.in locis supracitatis.

SVMMARIVM.

1 *Minor vigintiquinque annis donare non potest.*

2 *Minor vigintiquinque omnis donare non potest, etiam cum authoritate iudicis, & præsentia curatoris.*

3 *Minor uigintiquinque annis donare non potest etiam Principi.*

4 *Minor vigintiquinque annis donare non potest etiam stante statuto, quod contractus eorum, qui sunt annorum 18. si sint publici mercatores, uel alias agant, & contrahant tanquam patres familias valeant, & teneant, ac si essent annorum 25.*

5 *Minoris donatio est ipso iure nulla.*

6 *Minor donare non potest etiam cū solemnitate requisita à statuto, quòd in contractibus minorum certa solemnitas adhibeatur.*

7 *Minor tradendo immobilia dotare non potest extraneam personam.*

8 *Minor sicuti donare non potest, ita nec donanti consentire.*

9 *Minor donare non potest ei, à quo bona donata prouenerunt.*

10 *Minor donare potest ea, quæ seruando seruari non poßunt.*

11 *Minor donare potest propter nuptias acccdente decreto iudicis. Atsi decretum non interueniat confirmabitur huiusmodi donatio lapsu quadriennij.*

12 *Minor si est nobilis donare potest authore legitimo administratore. Amplia, vt legitimus administrator præsertim Principis donare possit nomine minoris pro seruitijs, & remunerationibus, ibi. Restringe tamen tribus modis ibid.*

13 *Minor uigintiquinque annis maior tamen quatuordecim donare potest causa mortis etiam sine authoritate curatoris.*

14 *Minor uigintiquinque annis donare pōt cum iuramento ex magis cōi.*

Extende

Extende, vt procedat etiam in muliere minore iurante, ibi.
Extende etiam, ut procedat, etiam si facta sit donatio omniũ bonorũ, ibi.
Restringe, ut non procedat, si iurans esset pupillus, uel impubes, quia tũc iuramentum non operatur, nisi impubes esset doli capax, ibid.
Restringe, vt non procedat in minore ignorante se esse minorem, ibid.
Restringe, vt non procedat in minore donante hæreditatem cum iuramẽto, & nesciente æstimationem bonorum ipsius hæreditatis, ibid.
Restringe etiam, vt non procedat in minore, qui metu compulsus donauit cum iuramento ibid.

15 *Minor donare potest piæ causæ, distingue ut ibi remissiue.*
16 *Minor donare potest causa remunerationis distingue, & intellige, vt ibi, & nu. seq.*
17 *Iudicis arbitrio relinquitur, an minor donando, & remunerando modum excesserit.*
18 *Donatio remuneratoria facta à minore, si aliquo casu esset nulla, an per cursum quinquennij conualidaretur à die ætatis perfectæ?*
19 *Donatio minoris ab initio inualida confirmatur lapso decennio inter præsentes, & uicenni inter absentes à die ætatis perfectæ.*

CONCLVSIO II.

1 Minor †viginriquinque annis validè donare non potest vt ait Surd. in consi. 122. primo aspectu, nu. 1. volu. 1. & in tract. de alimen. tit. 8. priuileg. 56. nu. 107. & M. Ant. Eugen. in consi. 3. ex his nu. 1. vol. 1.

2 Amplia, vt †nec donare possit etiam cum authoritate iudicis & præsentia curatoris. l. fi. §. cum autem. C. si maior fact rat. hab. Simoncell. plene in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. nu. 1. vbi ait, hanc esse communem opiniouem, quam tenuit D. Odd. in tract. de restit. in integ. quæst. 58. nu. 2. & Surd. in consi. 114. quamuis, nu. 13. & in consi. 122. nu. 1. vol. 1. & in d. priuileg. 56. sub nu. 107. & Honded. in consi. 42. dominus Vbaldin. nu. 2. vol. 1.

3 Amplia, vt † minor non possit donare Principi, vt ait Simoncell. in tract. de decret. lib. 1. titu. 2. sub nume. 17. sub versicu. nec multum vrget.

4 Amplia, vt † minor donare non possit stante statuto, quod cõtractus eorum, qui sunt annorum 18. si sint publici mercatores, vel aliàs agant, faciant, & contrahant tanquam patres familias valeant, & teneant, ac si essent annorum 25. vt ait Simoncell. in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. nu. 25.

5 Amplia, vt † huiusmodi donatio facta à minore sit ipso iure nulla, ut ait Honded. in d. consi. 42. nu. 1. vol. 1.

6 Amplia † ẽt stante statuto, ꝙ in contractibus minorũ certa solemnitas adhibentur, quia non poterit minor cum dicta solemnitate donare, vt ait Surd. in d. cõs. 122. sub. nu. 1. vol. 1. & ĩ d.

priuileg. 56. nu. 109.

7 Amplia quoq; † vt minor non possit tradendo immobilia dotare extraneam personam etiã cum decreto, quia esset donare, vt ait Surd. in d. cõsi. 122. sub nu. 1. vol. 1. & in d. priuileg. 56. sub nu. 107. & Simoncell. in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. nu. 6. vbi propterea subdit, quod minor non potest facere sponsalitiam largitatem.

8 Amplia insuper, vt † minor sicuti donare nõ põt, ita nec donãti cõsentire, vt not. Bal. in l. 2. nu. 1. C. si aduers. donat. & ibi Ang.

9 Amplia rursus, vt † minor non possit donare ei, à quo bona donata prouenerunt, vt ait Simoncell. in tracta. de decret. lib. 1. titu. 2. nu. 7.

10 Limita, vt † minor donare possit ea, quæ seruando seruari nõ possunt, vt ait D. Odd. in tract. de restit. in integ. q. 58. nu. 3. & Simoncel. in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. nu. 10.

11 Limita etiam, vt † minor donare possit propter nuptias, vt ait D. Odd. in d. quæstio. 58. nume. quinto, & Simoncell. in d. tit. 2. nume. 15. vbi id intelligit accedente decreto iudicis. Cæterum si decretum non interueniat, huiusmodi donatio confirmabitur lapsu quadriennij, vt ait Menoch. in consi. 29. num. 31. vol. 1. & Simoncel. in tract. de decret. lib. 3. titu. 9. nu. 21. vbi tamẽ loquitur de quinquennio.

12 Limita etiam, vt † minor, si nobilis est, donare possit per legitimum administratorem, videlicet per patrem, tutorem, vel curatorem, vt ait D. Oldrad. in tract. de restitu. in integr. quæst. 58. nume 6. & Simoncell. in tracta. de decret. lib. 1. titu. 2. nume. 11. vbi dixit, hanc esse communem opinionem, etsi contra eum inuehat una cum Pinello, subdit tamen, hanc limitationem intelligendam esse accedere iudicis decreto. Vide Borgnin. in tract. de tutore, nume. 121. versic. nec potest, vbi ait, quòd tutor, vel curator non potest donare rem pupilli, aut minoris eius nomine, etiam quod habeat a lege plenam, & liberam administrationem, etsi donat tenetur de suo pecuniam restituere, subdens id non habere locum in tutore Principis, aut virorum illustriũ, nec in donatione facta pro seruitijs, & remunerationibus, idem voluit Roland. à Valle in consil. 18. in præsenti, numero 59. 60. & nume. 61. volumi. 2. vbi addit nume. 62. tutorem posse donare magistro pupilli.

Hoc tamen recipit nonnullas restrictiones, quarũ prima est, ꝙ tutor, vel curator Principis non potest donare ea, quæ Princeps rarissimè largitus est, sed quę donare consueuit, vt ait Roland. à Valle in d. consi. 18. nu. 65. volu. 2.

Secunda est, ꝙ tutor, vel curator Principis donare non potest immobilia, vt censuit Aret. in cõsi. 24. quatuor nu. 15. versi. circa

secun-

secundum, & Rolan. à Valle in d. consil. 18. nu. 68. vol. 2.

Tetia est, quod tutor, vel curator Principis donare non pôt vltra æquiualentiã meritorũ, nam qualitas, & quantitas meritorum attendi debet, vt merita ipsa sint condecentia donationi, vt ait Aret. in d. consi. 24. nu. 14. & Rolan. à Valle in d. consi. 18. nu. 69. & nu. 71. vol. 2.

13 Limita rursus, vt † minor xxv. annis, maior tamen quatuordecim, & sic adultus donare possit causa mortis, ẽt sine authoritate curatoris, vt ait Surd. in d. consi. 122. nu. 1. volu. 1. & Tiraquel. de legib. connub. gl. 5. nu. 72. & Simoncel. in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. sub nu. 16. ver. declaratur postremo, & Fachin. lib. 5. controuer. iur. c. 61. vbi loquitur etiam quando adultus habet curatorem, licet nonnulli aliter arbitrati sint.

14 Limita insuper, vt † minor vigintiquinq; annis donare possit cũ iuramẽto, qa per iuramentũ minor efficitur maior, vt ait D. Odd. in tract. de resti. in integ. q. 58. nu. 4. vbi de communi testatur, & Simoncell. in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. nu. 14. ver. 3. declaratur, vbi dixit hanc esse cõem opinionem, quã vti communẽ sequitur M. Ant. Eugen. in consi. 3. ex his, nu. 6. & nu. 7. vol. 1. & Hieron. Gabr. in consi. 127. Cornel. sub num. 8. volu. 1. & Surd. in consi. 46. nu. 12. & in cõsi. 122. nu. 16. vol. 1. vbi dixit hanc esse magis communem opinionẽ, & Honded. in consi. 42. nu. 9. nu. 19. & nu. 21. volu. 1. vbi dixit hanc esse receptissimam opinionem, etsi Cynus dixerit contrarium communiter obseruari in auth. sacramenta puberum, nu. 16. C. si aduers. vendit.

Extende hanc limitationem, vt procedat etiam in muliere minore, quæ cum iuramento donare potest, quemadmodum tradit Alba. in consi. 11. succinctè, sub num. 4. & Surd. in d. consil. 122. sub nume. 16. vol. 1. & M. Ant. Eugen. & Hieronym. Gabr. in locis supracitatis.

Extende etiam, vt procedat etiam si facta sit donatio omnium bonorũ, vt ait Honded. attestans de cõmuni in d. consi. 42. nu. 16.

Restringe eã, vt nõ procedat, si iurans esset pupillus, vel impubes, quia tũc iuramentum nõ operatur in donatione vt ait Menoch. in cõsi. 29. nu. 36. & seq. vol. 1. & Honded. in d. cõs. 42. n. 20.

Nisi impubes esset doli capax, vt cõsuluit. Corn. in cõsi. 240. quanquã, sub nu. 1. vol. 1. quẽ sequitur Alciat. in consil. 33. nu. 2. lib. 2. & Surd. in d. consi. 122. sub nu. 16. vol. 1.

Restringe etiam dictam limitationem, vt non procedat in minore ignorante se esse minorem, quia ob eius ignorantiã nõ videtur voluisse renũciare, beneficio minoris ætatis, & iuramentũ nihil operatũ, vt ait Cæfal. in cõs. 466. mihi quoq;, nu. 31. & seq. vol. 4. & Honded. in d. consi. 42. nu. 21. vbi intelligit, hoc esse verum concurrente errore, & ignorantia ipsius minoris.

Restringe præterea, vt per Simoncell. in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. sub num. 14. versi. sublimitatur, vbi ait, quod si minor donaret hæreditatem, & nesciret æstimationem bonorum ipsius hæreditatis, donatio non valeret etiamsi iuramento vallata fuisset.

Restringe amplius, vt non procedat in minore, qui metu cōpulsus donauit, & iurauit, vt ait Menoc. in cons. 29. n. 41. versi. responde 3. vol. 1.

15 Limita quoque conclusionem, vt † minor donare possit piæ causæ, vt ait D. Odd. in tract. de restitut. in integ. q. 58. num. 7. vbi num. 10. infert, quod minor donare potest alimenta parētibus, vel agnatis, vel etiam extraneis ex pietate tamen, per Azo. in rubr. C. si aduers. donat. sub num. 1. qui dixit, quod minor alimenta parētibus, & cognatis dabit, & eis solemnia munera mittet, sed extraneis interdum alimenta dabit, si hoc expediret pupillo, & cum decreto iudicis. Vide Simoncell. in tract. de decr. lib. 1. tit. 2. n. 19. vbi distinguit.

16 Limita præterea, vt † minor donare possit causa remunerationis & quando adeo efficax est causa, vt posset agi cōtra eum ad antidora, vt ait, D. Odd. in tract. de rest. in integr. q. 58. num. 8. Vide tamen Simoncel. in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. num. 28. vbi constituit tres casus. Primus est, quando minor donat ex causa remunerationis absque decreto iudicis, & tunc concludit donationem esse inualidam. Secundus est, quando donat ex dicta causa cum decreto iudicis mobilia, quæ seruari non possunt, & tunc concludit ex communi donationem valere. Tertius est casus, quando minor donat immobilia ex causa remunerationis, & tunc post relatas contrarias opiniones concludit in loco mox citato num. 31. valere donationem cum decreto, quando ex bene meritis ius agendi competebat, alias secus, & ideo infertur, quod si minor donat præceptoribus suis pro modo facultatum huiusmodi donatio valet, D. Odd. d. q. 58. n. 9.

Declara, vt in casibus, in quibus minor donare potest ex causa remunerationis, constare debeat de beneficijs, & meritis donatarij aliter, quam ex confessione donantis, vt ait Menoch. in consi. 29. num. 20. volum. 1. Vide D. Odd. in d. q. 58. num. 31. vbi
17 ait † iudicis arbitrio relinqui, an minor donauerit ex vera causa, & res æquales, vel paulo pretiosiores, & an modum excesserit in remunerando aliquo respectu, vel rerum, vel personarū, vel temporis.

18 Declara etiam, quod † licet donatio remuneratoria facta a minore esset aliquo casu nulla, attamen per cursum quinquennij à die ætatis perfectæ conualidaretur, vt ait Corn. in consi. 36. in hac consultationem, num. 13. volum. 2. & Socin. iun. in consi. 102. non sum immemor, num. 19. vol. 2. & Menoc. de recuper. poss.

post.remed. 15.n.159.versi.declaratur procedere.

Contrarium tenuit Simoncell.in tract. de decret. lib. 3. tit. 9. num. 29. & seq. vbi in fine saluat opinionem affirmatiuam, vbi ex meritis ius agendi competeret.

19 Illud tamen certum est, quod † donatio minoris ab initio inualida confirmatur, si post vigesimumquintum annum præterierit decennium inter præsentes, & vicennium inter absentes, inde plene Simoncell. in tract. de decr. lib. 3. tit. 9. n 14. & seqq.

SVMMARIVM.

1 *Dos consistens in pecunia, aut rebus mobilibus, vel se mouentibus, aut incorporalibus soluto matrimonio restitui debet post annum, licet secus sit si in re immobili consistat, quia tunc statim restitui debet.*

2 *Dos restituenda est post annum, etiam si res immobilis vendatur, & ex pretio vir emerit res mobiles.*

3 *Dos consistens in re mobili soluenda est infra annum etiam a diuite, & pecunioso ex communi.*

4 *Maritus, vel eius hæres habet anni dilationem ad restituendum etiam extraneo dotem consistentem in re mobili ex communi. Limita duobus modis, vt ibi remissiue.*

5 *Extraneus dicitur, qui non habet in potestate mulierem.*

6 *Maritus statim soluto matrimonio tenetur soluere dotem consistentem in re mobili, quando id actum est ex pacto secundum Boër. Boer. Improbatur ab Authore ibi.*

7 *Dilatio anni data marito, ne vrgeatur infra annum ad soluendum dotē in re mobili consistentem an sit data miserationis gratia? & nu 8.*

8 *Beneficio inducto miserationis gratia an renunciari possit?*

9 *Dos consistens in re mobili statim restituenda est, non expectata anno, quando maritus illam vxori legauit.*

10 *Dos consistens in re mobili statim soluto matrimonio restitui debet, quando maritus non impendisset ex bonis dotalibus in funere vxoris.*

11 *Dos putatiua consistens in re mobili statim reddi debet non expectato anno ex communi.*

12 *Dos consistens in re mobili statim restituenda est non expectato anno, quando matrimonium non est sequutum, & non habuit effectum.*

13 *Maritus, seu eius hæres restituere potest, si vult dotem consistentem in re mobili non expectato anno.*

14 *Dos consistens in re mobili restitui debet statim non expectato anno, quando res ipsa mobilis nō consisteret in pōdere, numero, vel mēsura.*

15 *Maritus reseruans sibi electionem restituēdi dotem datam in rebus mobilibus vera æstimatione æstimatis si eligat ad interrogationem iudicis restituere rem, statim illam restituere tenetur non expectato anno, secus si eligat æstimationem restituere.*

Dos

16 *Dos consistens in re mobili statim restituenda est non expectato anno respectu eius, quod necessarium est ad funus vxoris.*

17 *Dos consistens in re mobili statim restituenda est non expectato anno, si dilatio anni non fuit petita.*

18 *Dos consistens in re mobili statim restituenda est non expectato anno, quando dos nurus restituitur a patre filio seorsum habitanti ex æquitate, vt dos ibi sit, ubi sunt onera matrimonij.*

19 *Dos consistens in re mobili statim restituenda est non expectato anno de consuetudine secundum Becium.*

Becius reprobatur ab Authore, ibi.

Consuetudo non est extendenda de casu ad casum cum sit stricti iuris.

CONCLVSIO III.

1 SOluto matrimonio † dos, quæ in pecunia numerata aut rebus mobilibus, vel se mouentibus, aut incorporalibus consistit solui, & restitui debet post annũ vxori, seu eius hæredibus, aut stipulantibus, & non ante, licet secus sit, si consistat in re immobili, quia tunc statim solui debet, l.1.§.exactio. C. de rei vx.act.

Ampliatur ista conclusio, qua dictum est, dotem consistentem in re mobili soluendam, seu restituendam esse post annũ,
2 vt † procedat etiam si res immobilis vendatur, & ex pretio maritus emerit res mobiles, quia tunc debet expectari annus, vt ait Roman.in sing.228.tu habes, vbi dixit, se ita consuluisse Florentiæ, & inuenisse casum in l.cum in fundo. §.si fundus. ff. de iure dot. licet contrarium videretur dicendum, ex quo subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, cuius opinionẽ sequutus est Boer.in cons.50.in addit. sub n.17.& Paris. ad Bart. in l.1.§.exactio.C.de rei vx.act.

3 Secundo ampliatur, vt † procedat etiam in diuite, vel pecunioso, quia tunc ab eo soluenda, seu restituenda est dos infra annum, vt ait Salyc.in d.l.1.§.exactio, sub nu.27. C. de rei ux. act. & Ias.in § fuerat, num.28.instit.de act. vbi dixit, hanc esse communem opinionem, quam vti communem sequitur Boe. in d. consi.50.num.19.& Plot.in l.si quando lib.459.ver. fallit etiam quando, C.vnde vi, & Rolan.à Valle in cons.10.n.19.vol.1.quic quid dixerint alij, de quibus ibi per eos.

4 Tertio ampliatur, vt † procedat etiam, quando extraneus dedit dotem in re mobili consistentem, quia tunc maritus habet anni dilationem ad soluendum, seu restituendum ipsam dotem ipsi extraneo, vt ait Ale.ad Bar.in d.l.j.§.exactio, C.de rei vx.ac. & Ripa in l.2.n.33.ff.sol.mat.vbi ait, quod hoc sequuutur cõiter Doctores. limita tamen duobus modis, vt ibi per eum.

5 Et nota quod † extraneus dicitur omnis, qui non habet in potestate mulierem, vt notat Cyn. in d. l. 1. §. accedit, num. 4. C. de rei vx. act. vbi Ang. n. 2. & Bart. ante nu. 16.

6 Limitatur autem primo dicta conclusio, vt † non procedat, quando aliter esset actum a partibus, quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, ita sanè limitauit Boer. in d. cons. 50. num. 18.

7 Hæc Boerij limitatio non videtur vera, quia † ista delatio anni datur marito miserationis gratia, ne vrgeatur ad soluẽdum, & præcipitetur, vt ait Bald. in d. l. 1. §. cum autem, num. 2. versic. quæro si maritus. C. de rei vxo. act. & Castr. in l. diuortio. §. non solum, sub num. 2. ff. sol. matr. & Ale. in l. 2. sub num. 14. versicu. tertio limita. ff. eo. & Bec. in consi. 43. in præsenti, n. 25. & nu. 26.

8 Sed † beneficio inducto miserationis gratia renunciari non potest, vt ait glo. in l. 1. in verbo, excedere. C. quando Imp. inter pupil. & iud. quam sequitur ibi Bal. dicens eam diligenter notandam esse num. 3. versi. quæro nunquid, & ibi Addit. & Ale. in l. pen. num. 8. C. de pact. & Saly. in d. l. 1. sub num. 2. in fi. C. quando Imper. inter pup. & vid. vbi ait, quod nec tacite, nec expresse renunciari potest, & Mayner. in l. nemo potest mutari, nu. 123. ff. de reg. iur. & Fel. in c. si diligenti, n. 26. de foro comp.

Et contra prædictam limitationem videtur tenuisse per hãc rationem Parpal. in l. 2. num. 18. ff. sol. matrim. ubi tamen subdit, quod maritus durante isto anno habet satisdare de soluendo, & num. 26. ait, quod illa dilatio annalis bene breuiari potest, licet non in totum tolli, postea opponit, quod dictæ dilationi renunciari possit, addens, quod illa dilatio aut non datur miserationis gratia, aut quod oportet dicere regulam gl. in d. l. 1. in verbo, excedere non semper esse veram, super quo cogitandum relinquit.

9 Secundo limitatur, vt † non procedat, quando maritus legauit dotem vxori, quia tunc statim solui debet non expectato anno. §. sed si vxori Inst. de leg. & ibi glo. in verbo, plenius, & Ang. Aret. num. 1. vbi subdit, hoc esse bene menti tenendum in practica, quia vt plurimum viri hodie relinquunt vxoribus dotes suas, & sequitur Boer. in d. consi. 50. in addit. sub num. 19. & Ias. in l. post dotem, num. 82. ff. solu. matri. & Duran. de arte testan. tit. de leg. caut. 17. num. 1. & Pl. in l. si quando sub nume. 459. C. vnde vi, & Par. ad Bart. in d. l. j. §. exactio. C. de rei vx. act. & Rol. a Valle in consi. 10. circa primum articulum, sub num. 19. vers. tamen hoc fallit, volum. 1. & Ioseph. Ludo. in decis. Perus. 21. n. 3. & n. 4. & in concl. 2. vers. fallit 2. tit. solut. matr.

10 Tertio limitatur, quando † maritus non impendisset ex bonis dotalibus in funere vxoris, quia tunc anni dilationem ad soluendum

uendum dotem amittit, vt ait Asin. in l. sunt personæ, num. 3. ff. de relig. & sumpt. fun.

11 Quarto limitatur, vt † non procedat in dote putatiua, quæ statim reddi debet non expectato anno, vt ait glo. in d. l. 1. §. exactio, in verbo, restituendas. C. de rei vx. act. quam sequitur ibi Salycet. in §. sin autem, num. 30. versic. quaro cum glossa, & huius opinionis fuit etiam Odofre. ibidem in §. sciendum, nu. 6. versi. sed denuo quæro, & Alex. in l. si cum dotem. § fin. sub num. 3. versi. ex his etiam potest verificari. ff. sol. matr. & Bal. Nouell. in tract. de dote par. 11. §. hactenus expeditum est, sub num. 2. uersi. quarta differentia, & hanc esse communem opinionem attestantur Couar. in Epit. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 24. versi. primo etenim infertur, & Roland. a Valle in tracta. de lucro dot. q. 97. nu. 7. licet nonnulli alij voluerint contrarium, & præsertim Vltramontani, ut attestatur Salycet. in d. l. 1. §. sin autem, sub num. 30. C. de rei vx. act. & ibi Cy. in §. exactio, n. 7. vers. quarto quæritur.

12 Quinto limitatur, vt † non procedat, quando matrimonium non esset sequutum, & non habuisset effectum, quia tunc non est expectandus annus, sed statim dos condici potest, vt consuluit Surd. in cons. 131. tractatum fuit, nu. 17. vol. 1.

13 Sexto limitatur, ut † non habeat locum, quando maritus, seu eius hæres vellet restituere dotem consistentem in rebus mobilibus statim, non expectato anno, quia tunc id facere potest, illa enim dilatio anni in fauorem mariti, & hæredis est concessa, vt ait Salyc. in d. l. 1. §. sin autem, sub num. 31. in fi. C. de rei vx. act. & Corn. in consi. 129. circa primum, sub num. 2. vol. 1. & Cotta in memor. in uerbo, dos soluto matrimonio, & Ioseph Ludoui. in conclu. 2. uer. si autem hæres, tit. sol. matr.

14 Septimo limitatur, vt † non procedat, quando res mobiles non consisterent in pondere, numero, vel mensura, ut ait Castr. in d. l. diuortio. §. interdum. sub nu. 5. in fi. ff. sol. mat.

15 Octauo limitatur, ut † non procedat, quando uxor marito dedisset in dotem res immobiles uera æstimatione æstimatas, & maritus ipse seruasset sibi electionem, quod facere potest l. plerunq;. ff. de iure dot. quia facta inter rogatione per iudicem ex officio, quid uelit restituere utrum rem, uel æstimationem, si eligat restituere rem, statim illam restituere tenetur non expectato anno, secus si eligat æstimationē restituere, ut ait Odofred. in d. l. j. §. sciendum, sub num. 5. uers. sed denuo quæro C. de rei ux. act. & Cyn. ibi in §. exactio, nu. 8. uersi. quinto quæritur, & Salyc. sub num. 30. uers. quæro secundo, licet pinguius loquatur Odofredus.

16 Nono limitatur, ut † non procedat in eo, quod necessarium esset ad funus, nam statim exigēdum esset non expectato anno,

ut ait

vt ait Azo.in d.l.1.sub nu.12.C.de rei vxo.act.

17 Decimo limitatur, vt † non procedat, quando dicta dilatio anni non fuit petita, vt consuluit Bec.in consi.43.in præsenti, numero 27.

18 Vndecimo limitatur, vt † non habeat locum, quando dos nurus restituitur a patre filio seorsum habitãti ex æquitate, vt dos ibi sit, vbi sunt onera matrimonij, vt ait Bec.in d.consilio 43.sub nu.28.versi.postremo dici potest.

19 Duodecimo limitatur, vt † non procedat de consuetudine, per quam videtur dispositioni iuris communis derogatum, vt ait idem Bec.in d.consi.43.num.28. versi.secundo quia, vbi ait, quod tempus quadrimestre, quod datur condemnatis miserationis gratia de iure communi non habet locum de consuetudine, subdens, quod sicuti huiusmodi consuetudo habet locum in quadrimestri concesso condemnatis, ita etiam habebit locũ in debitore ex causa dotis, cum in vtroque casu militet eadem ratio miserationis.

20 Contrarium teneo, quia † cõsuetudo non est extendenda de casu ad casum, cum sit stricti iuris, vt ait Cur.sen. in consilio 11. num.8.& Rolan.a Valle in consi.69.num.30. vol.3.& Bursa.in consi.13.n.36.volum.1.& Seraphin.in tract.de priuileg. iuram. priuileg.49.num.26.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata prout in cedula non valet, quando non est producta in actis.*

2 *Substantiale sententiæ est, vt ipsa legatur oculis corporeis, aliàs est ipso iure nulla.*

3 *Sentẽtia arbitri non valet, si fuerit pronunciata prout in cedula.*

4 *Laudum arbitratoris pronunciatum prout in cedula non valet.*

5 *Sententia lata prout in cedula liquida, & in iudicio producta, recitationi parata valet, si cedula fuerit incontinenti lecta.*

6 *Sententia lata prout in cedula valet vtilitate, vel necessitate suadente, & ibi exemplum.*

7 *Sñia lata prout in cedula ualet de consuetudine in statu ecclesiastico.*

8 *Sententia prout in cedula debet aperiri intra decem dies in curia Romana, alias resoluitur.*

9 *Senatus Mediolani statuit ut iudices infra triduum postquã pronunciauerint prout in cedula, tradant sñiam actuario sub pœna nullitatis. Anthor fuit Prætor insignis Oppidi Castrinoui Scripiæ in statu Mediolani, ibi.*

10 *Appellandum an sit, quando sententiatur prout in cedula, an vero quãdo ipsa cedula aperitur, & legitur remissiue.*

CON-

CONCLVSIO IIII.

1 SEntentia † lata prout in cedula non valet l. 1. & 2. C. de sentent. ex breuiculo recitan. Aemilian. in consi. 154. quod sententia, num. 6. & M. Ant. Eug. in cōsi. 42. num. 9. & Bec in consi. 78. in causa inquisitionis, sub nume. 3. vbi de communi testatur, quando cedula non est producta in actis.

2 Nam † de substantia ipsius sententiæ est, vt legatur oculis cor poreis, alias est ipso iure nulla, vt ait Roland. a Valle in consi. 41. primo quidem aspectu, nu. 10. vers. secundo ipsa sententia, vol. 1.

3 Ampliatur ista conclusio, vt † procedat in sententia arbitri, quæ non valet, si fuerit pronunciata prout in cedula, vt ait Ioan. Bapt. de Perus. in tract. de arbitr. cap. 15. sub nu. 19. versi. & nota quod non sufficit, lib. 9.

4 Secundo ampliatur, vt † procedat in laudo arbitratoris, quod non valet, si arbitrator pronunciauerit prout in cedula, quia partibus præsentibus, & intelligentibus illud ferre debet, vt conclu dit Ioan. Bapt. de Perus. in tract. de arbitr. lib. 11. cap 16. nume. 9. versic. item quæritur de laudo, quicquid dixerit Baldus, quem ibi reprobauit, & sequitur lana de testam. formul. consil. 1. n. 34. versi. 11. facit.

4 Limitatur autem primo, vt † non habeat locum in sententia lata prout in cedu la liquida, & in iudicio producta recitationi parata, quia tunc valet, vt ait Bald. in l. 2. num. 12. C. de sent. quæ sine cert. quant. & in l. 1. num. 11. versicu. sed quæro C. de sent. ex breuiculo recitan. & Bec. in d. consi. 78. numero 36. & Bursa. in consi. 288. meum nunc erit, num. 13. versic. & quamuis, volum. 3. vbi id intelligit uerum, si cedula fuerit incontinenti lecta.

6 Secundo limitatur, vt † non habeat locum, vbi utilitas, vel necessitas suadet, vt pronuncietur prout in cedula, vt ait Vestr. in sua pract. lib. 7. cap. 1. sub num. 12. vt quando ob negotiorum multiplicitatem, vel periculum instantiæ, seu alias ex aliqua rationabili causa pronūciatur prout in cedula, vt ait Vant. in trac. de nullit. tit. de nullit. ex defectu process. sub num. 32. vel quando sententia lata fuisset vltimo die officii, quia tunc huiusmodi sententia valet, vt ait Bec. in d. consi. 78. num. 38. versic. accedit, vbi subdit, se ita Romæ obseruari audiuisse, & sæpe etiam vidisse obseruari à iuris peritissimis in Prouincia Montisferrati.

Et si contrarium quo ad instantiam tenuerit Aemili. in d. cons. 154. sub nu. 5 versi. nec etiam iuuare potest.

7 Tertio limitatur, vt † non procedat in illis locis, in quibus vi get consuetudo, & praxis pronunciandi prout in cedula, prout

viget

viget huiusmodi cōsuetudo in statu ecclesiastico, ut attestatur Menoch. in cons. 871. & si doctæ in princ. vol. 9. & Vestr. in prac. lib. 7. cap. 1. num. 12. & Vant. in tract. de nullit. tit. de null. ex defectu process. sub num. 32. & sub n. 85. versi. & nempe, & M. Ant. Eugen. in consi. 42. nu. 8. & Ioseph. Ludouic. in tit. de consuetu. conclu. 1. illat. 143.

Quæ consuetudo non placet Vestrio, nec Meno. nec Van. nā Menoch. eam prauam appellat Vantius dicit, hoc male a iudicibus obseruari, Vestr. uero ait, litigantes in suspenso detineri, & iudicibus mali occasionem dari.

8 Et propterea † huiusmodi sententiæ in curia Romana debēt aperiri intra decem dies, alias resoluuntur vt ait Hercul. in trac. de attent. cap. 14. nu 9.

9 Quinimmo † excellentissimus senatus Mediolani ad tollendos abusus iudicum statuit, vt ipsi intra triduum postquam pronunciauerint, prout in cedula tradant sententiam actuario sub pœna nullitatis, ut attestatur Menoch. in d. consi. 871. num. j. & num. 21. volum. 9. & vidi ordinem ipsius Senatus, quem obseruaui dum gessi Præturam insignis oppidi Castrinoui scriptæ in statu Mediolani.

10 An autem † appellari debeat, quando sententiatur prout in cedula an vero quando notula aperitur & legitur? vide M. Ant. Eugen. in d. consi. 42. nu. 10. & seqq.

SVMMARIVM.

1 *Reus periurus de periurio puniri non potest, sed solum Deum vltorem habet.*

2 *Vnicuique licitum est per fas, & nefas vitam & sanguinem proprium redimere, & sub nu. 21. ex communi.*

3 *Pater interrogatus contra filium, & periurus non punitur de periurio, & sub num. 6.*

4 *Filius est pars corporis patris, & eius sanguis.*

5 *Pater, & filius censentur vna, & eadem persona, & caro.*

6 *Ratio vbi est eadem, idem ius statui debet.*

7 *Argumentum a contrario sensu summi potest indictis Doctorum.*

8 *Pater defensionem suscipere potest pro filio accusato, ac pro eo transigere, ac si propriam vitam, & sanguinem redimeret.*

9 *Mater interrogata contra filium, & periura, de periurio puniri non potest.*

10 *Filius est pars viscerum matris.*

11 *Vxor interrogata contra uirum, & periura, de periurio puniri non pōt.*

12 *Vxor est pars corporis viri.*

13 *Vir, & vxor sunt vnum corpus, & vna caro.*

14 *Reus periurus de periurio puniri non potest, etiam si notoriè de periurio constaret.*
15 *Reus periurus puniri non potest etiam extra ordinem.*
16 *Reus periurus de periurio non punitur etiam si examinaretur vti principalis in se, & vti testis in alios.*
17 *Reus receptus vti testis in alios, si sit varius in eo, quod respicit socios, vel sit conuictus demendatio torqueri potest vt testis, non vti principalis.*
18 *Reus periurus de periurio puniri non potest, etiamsi pœna pecuniaria solum imponenda esset ipsi reo, quicquid dixerit Paul. Ghirl. sub n. 19*
19 *Res dicuntur secundus sanguis hominis, et nu. 20.*
20 *Rei appellatione continetur pecunia.*
21 *Reus periurus in primo, & secundo processu puniri potest extra ordinē ratione geminationis. De quo dubitat Author ibi.*
22 *Reus iustus sub pœna, vel multa, vt uerum dicat, si postea peierat, an pœna exigi possit? Et dicitur quod sic secundum Marant. Foller. Catheran. et Chartar.*
Contra quos tenuit Author, ibi.
23 *Præceptum nudum iudicis, et sine causa factum non valet.*
24 *Quod nullum est, nullum effectum producere potest.*
25 *Principale si non tenet, nec tenet accessorium.*
26 *Prohibitum directo per indirectum concedi non debet.*
27 *Reus periurus punitur de periurio in foro animæ.*

CONCLVSIO V.

1 Communis est opinio q̄ practicatur, q̄ † Reus periurus de periurio puniri non potest, sed solū Deū vltorem habet, vt ait Alex. ad Bart. in l. 1. ff. de bo. eorum, qui ante sentent. & Boss. in titu. de examin. reorum nu. 10. & in titu. de periuris, nu. 3. ver. addo notabiliter, et Clar. in §. periurium, versi. scias etiam & § fi. q. 45. num. 10. versicu. quid ergo, & Torell. de Prato in consi. 41. nu. 1. & per totum, inter consi. crim diuers. uol. 1. in fol. & Bero. in q. 134. cum mercator, nu. 3. cum seqq. & Paul. Granut. in theorem. 3. principalis, sub nu. 20. & Decian in c. 11. nu. 13. ver sic multo ergo magis, lib. 6. rerum crim. & Flam. Chartar. in pract. interrogand. reorum, lib. 3. c. 3. num. 16. versi. non tamen, & Maran. in tit. depositione, seu articulorum productione, nu. 17. uers. item si principalis, de ordin. iudic. in 6. par.
2 Cuius rei ea est ratio, quia † vnicuique licitū est vitam, & sanguinem proprium quomodocunq; redimere per fas, & nefas, d. l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante sentent. & Menoch. in tra. de arbitr. iud. cas. 314. num. 18. & Ias. in l. 1. sub num. 2. uers. quarto limita.

limita. C.ne liceat potent.patro. & Granut.in dicta theorema. 3.sub numero 3.in fi.& Thob.Non.in consilio 96.numero 11. & Feiyn.in cap.1.sub numero 46.de constitut. vbi ait, quod lex ignoscit ei, qui sanguinem suum qualitercunq; redemit.

3 Ampliatur primo conclusio ista, vt † procedat in patre interrogato contra filium, qui si in periurium incidat, de periurio puniri non potest, ex quo pater interrogatus contra filium dici-
4 tur interrogatus contra seipsum, cum † filius sit pars corporis patris, vt ait Aristoteles libro quinto Ethicorum, capit.6.nec non eius sanguis, vt patet in l non enim ff.de inoffi.testamen. Immo
5 † pater & filius censetur vna, & eadem persona l.fi. C.de impu. & alijs substit. Item vna caro.l.cum scimus. §.fin. & ibi Bartol. C.de agr. & censit.lib.11.

6 Et ideo cum † sit eadem ratio in eo, qui interrogatur contra se, quæ est in eo, qui interrogatur contra filium, merito idem ius statui debet l.a Titio. ff.de verbor.oblig. l.illud.ff.ad legem Aquil.

Et hanc opinionem, quam tenemus de patre deponente pro salute filij, vt incurens periurium de periurio puniri non possit, visus est tenuisse Decian.in dict. capitu.11. sub numero 12.versicu.quinimmo lib.6. rerum crim. sumendo argumen-
7 tum a contrario sensu, nam † licet nonnulli dixerint, argumentum à contrario sensu sumi non posse in dictis Doctorum, attamen eos confutauit Rimin. iun.in l.1.numero 523.& nu. 524. ff.de off.eius.

Pro qua facit quod notauit Tiraquell.in l.si vnquam in præfat.numero 7.in fi.C.de reuoc.donat. vbi dixit, quòd in pœnis sanguinis non etiam in cęteris transigere licet, quia permissum est cuique quoquo modo sanguinem proprium redimere, cer-
8 te † si filio accusato pater defensionem susceperit, is æque transigere poterit, ac si suam ipsius vitam, & sanguinem redimeret.

9 Secundo ampliatur, vt † procedat etiam in matre, quæ si fuerit interrogata contra filium, & peierauerit, de periurio puniri non potest, quia cum sit in testem assumpta, & interrogata contra filium dicitur interrogata contra se ipsam, ex quo
10 † filius est pars viscerum matris.l.1.§ ex hoc rescripto. ff.de ventre inspicien.

10 Tertio ampliatur, vt † procedat etiam in vxore, quæ de periurio puniri non potest, si fuerit interrogata contra virum & falsum dixerit, nam interrogata contra virum suum dicitur in-
12 terrogata contra seipsam, quia † uxor est pars corporis viri cap.
12 admonere. 23.quæstione 2 & † vir, & vxor sunt vnum corpus. cap.de neptis 31.quæstione 2.cap. Agathosa, in fi.& capitu.quia

Agatho.27.quæstione.2. Item vir,& vxor sunt vna caro, capitu. sunt qui dicunt ea quæstione 2.& cap. Martinus Bertam, de cognat.spiritual.

Et ita per prædicta, & alia ego alias consului pro Ioanne Iacobo de Bolognis, Catharina eius vxore, & Veronica eorum nuru de Riparolo, qui omnes fuerant interrogati contra Camillum eorum filium,& virum prædictę Veronicæ,& inquisiti de periurio tandem omnes fuerint absoluti.

14 Quarto ampliatur supra dicta conclusio, vt † procedat etiam si notorie per constituti confessionem, vel alias de huiusmodi periurio constaret, vt ait Paul. Granut.in theo.3.n.5.versi.quam conclusionem amplia.

15 Quinto ampliatur, vt † procedat etiam quo ad pœnam extraordinariam, ad quam reus periurus teneri non debet, vt ait Paul. Granut.in d.theorem.3.num.3.vbi reprobat eos, qui contrarium dicebant,& Granutium sequitur Flam. Chart.in pract. interrogand.reorum lib.3.capitu.3.sub numero 16.versicu. qui etiam voluit.

16 Sextò ampliatur vt † habeat locum, etiamsi Reus examinaretur vt principalis in se, & vti testis in alios, vt fieri assolet, quia de periurio puniri non potest, vt ait Carauit.in ritu.79. num.14. versic.secundo quæro, quem sequitur Granut. in d. theorem.3. nu.10.versi sed vnde,& Flam. Chartar.in pract.interrogan.reorum lib.3.cap.3.num.16.

17 Veruntamen † si Reus in eo, quod respicit socios est varius, vel conuincitur per alios testes de mendacio torqueri debet, quia tunc dicitur torqueri in alios vt testis, & non tanquã principalis, vt ait Granut.in d.theorem.3.nume.11.& Chartar. in d. cap.3.num.17.vbi etiam subdit, seruanda tamen esse ante torturam, quæ seruari debent in tortura, quæ reis inquisitis infertur.

18 Septimo ampliatur, vt † habeat locum, etiam si pœna pecuniaria tantum Reo imponenda esset ex delicto, super quo inter

19 rogatus deierauit, quia tunc ad eam non tenetur, ex quo † res dicuntur secundus sanguis hominis, vt ait Asin.in consilio 111. numero 11.inter consi.crim.diuers.volum.2.in fol.& Afflict.in

20 decisio.24.numero 4.& † appellatione rei continetur pecunia, cum rei nomen sit generale, vt ait Tiraquel.de legib.connub. in glo.2.n.37.vers.superiora quoque.

Et quod pecuniæ hodie præsertim sint loco sanguinis voluit Menoch.alios allegans in cas.110.num.6.de arbitr.iud. & Farinac.in quæst.39.num.5.lib.1.quæst.& commu.opi.crim.

Quamuis contra hanc ampliationem tenuerit Paul. Ghirl. in tract.de relax.carcer.tit.de fuga incarcerati, sub nu.9.

Nam siue causa sit capitalis, corporalis, vel pecuniaria practicatur,

cticatur, vt Reus nullo modo puniatur de periurio in foro con tentioso,& ita seruaui,ac seruari vidi.

21 Limitatur autem primo dicta conclusio vt † non procedat in Reo,qui non solum in primo processu periurus fuit, verum etiam in secundo, nam ratione istius geminationis extra ordinem puniri debet,vt ait Flam.Chartar.in pract.interrogan.reorum,sub num.16.& ante ipsum Granut.in theorem.3.num.13. vbi num.14.addit,sic procedere posse opinionem eorum quos confutauit ibi num.3.& qui tenuerunt contra quintam ampliationem,de qua supra.

Hæc tamen limitatio periculosa videtur, cum eadem ratio redimendi propriam vitam, & sanguinem per fas,& nefas militet tam in secundo, quam in primo processu.

22 Secundo limitatur, vt † non procedat, si pœna, seu mulcta a iudice imposita esset ipsi Reo, vt verum diceret,quia si postea peieraret pœna commissa diceretur, & exigi posset vt ait Marant.in titu.de positione,seu articulorum productione,numero 18. versic.posset tamen,de ordin. iud.in 6.par.& Foller.in prac. crim.cano.in 1.par.2.par.in verb.etsi comparent ante contumaciam,examinentur, numero duodecimo,versicu. & est notandum,& copiose Cacheran.in decisi.65.per totam,quem sequitur Flamin.Chartar.in pract.interrogand.reorum lib.3. capit.3. sub numero 17.versicu. etsi pœna, vbi tamen dicunt, mitigandam esse pœnam, seu mulctam, prout factum fuisse attestantur,per doctrinam Iacobin.de Santo Georg in tract. de feudis, in verbo,dictiq; vasalli promiserunt recognoscere dictum feudum,sub nu.10.vers.vnum tamen aduertite.

Ego nunquam seruari vidi in practica dictam decisionem, de qua etiam semper dubitaui, quia Reus, cui nullum factum est pœnale præceptum, sed tantum monitio de veritate dicenda, vt seruatur, si iurat falsum dicitur contumax propter monitionem sibi factam, & dicitur iudicem contemnere. capitu. primo, de fals. ex quo patet non esse considerandam contumaciam Rei, nec contemptum ipsius iudicis, vt considerabat Cacheranus in loco præcitato, tanto magis quia in vtroque casu idest, siue fiat præceptum, siue non, semper concurrit ratio, quod vnicuique licitum sit fas, & nefas sanguinem proprium redimere; quæ est communis, vt ait Anton.de Padilla in l.transigere, sub numero secundo.C.de transact.ergo idem ius statui debet d.l.à Titio.ff.de verb.oblig.& d.l.illud.ff.ad leg.Aqu.

Et præsertim, quia Iacobin.de Santo Georg.allegatus à Cacherano in loco supracitato allegat Bar.& Ioann.Andr.dicere, quod licet vbi pœna adijcitur præcepto nudo à causa, & non præcedit causæ cognitio, non possit exigi ad unguem, nihilo-

minus ex inobedientia, seu contumacia pœna fiet arbitraria iudici, quos tamen non reperi hoc dicentes. Quinimmo dici
23 potest contra Iacobinum de Santo Georgio, quod † sicuti nudum præceptum iudicis, hoc est sine vlla causa factum non valet, nec ei obtemperandum est, vt post multos tradit Plaut. in l. prima, sub numero 183 ff. si quis iusdicent. non obtemper. & Iacobin. ipse in dict. tract. de feud. in verb. dictique vasalli promiserunt recognoscere, numero 10. ita etiam non debet valere pœ
24 na in eo contenta, tum quia quod † nullum est, nullum effectum producere potest l. 4 §. condemnatum, ff. de re iudic. tum
25 etiam † quia sicuti non tenet principale, hoc est præceptum, ita etiam non tenet pœnale, quod est accessorium, vt ait in alijs terminis Ias. in consilio 40. sub numero tertio, versiculo facit etiam, volumine primo, & Gail. in obseruat. 145. sub numero octauo, versiculo facit regula, libro secundo, pract. obseruat.
26 ne † per indirectum concedatur, quod directo prohibitum est, vt ibi per eos.
27 Tertio limitatur supra dicta conclusio, vt † non procedat in foro poli, quia quoad Deum Reus periurus puniri debet pro peccato periurii, vt ait Boss. in titulo de exami. reorum sub numero decimo, & in titulo de periuris, sub num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non agit de euictione, vbi sequuta est per iniuriam, vel imprudentiam iudicis.*

2 *Emptor sequuta euictione per iudicis imprudentiam an agere possit ad pretium rei euictæ?*

3 *Emptor sequuta euictione per iudicis iniuriam vel imprudentiam non agit de euictione etiamsi nulla intercesserit culpa ipsius emptoris.*
Fallit in fideiussore per iniuriam iudicis condemnato sine culpa ipsius fideiussoris, quia tunc iniuria non imputatur fideiussori, sed domino principali, ibi.
Fallit etiam quando iniuria iudicis prouenit culpa venditoris, ibidem.

4 *Emptor sequuta euictione per iudicis iniuriam, vel imperitiam non agit de euictione etiamsi verbis amplis, & generalibus de euictione promissum fuisset.*

5 *Emptor sequuta euictione per iudicis iniuriam, vel imperitiam nō agit de euictione etiam respectu interesse, & expensarum.*

6 *Emptor sequuta euictione per iudicis iniuriam, vel imperitiam agit de euictione, vbi uenditor promisisset de euictione sequuta per iudicis imperitiam.*
Declara, vt ibi.

7 *Emptor emens rem a fisco, vel Republica agit de euictione etiamsi sequuta fuerit per iniuriam, & imperitiam iudicis.*

8 *Emptor de euictione agit etiamsi euictio sequuta fuit per iniuriam, & imperitiam iudicis, quando venditor fuit in culpa in non appellando, & promisit emptorem defendere de iure, & de facto.*

9 *Emptor agit de euictione sequuta per iudicis iniuriam, quando sententia lata fuisset emptore, & venditore præsentibus.*

10 *Emptor agit de euictione sequuta per iudicis iniuriam, quãdo sentẽtia fuit sibi intimata, & denunciata per venditorem, nisi sua putet interesse, appellet.*

CONCLVSIO VI.

1 EMptor † nõ potest agere de euictione, si res sibi euincatur per iniuriam, errorem, vel imprudentiam iudicis. l. si per imprudentiam. ff. de euic. Hostien. in c. fi. sub nu. 2. de empt. & vendit.

2 Amplia, vt † non possit agere etiam ad pretium, vt ait Odofr. in d. l. si per imprudentiam, sub numero 2. versic. sed oppono ad id. ff. de euict. vbi reddit rationem.

Contrarium tenuit Menoch. in consil. 888. cum requisitus, numero 6. & nume. 22. volum. 9. vbi ait, quòd quando sequitur euictio rei alienatæ, vel permutatæ, etiamsi aliquo casu non tenetur de euictione is, contra quem sequuta est, tamen recusare non potest restituere pretium, vel rem aliam loco ptij acceptã.

Tu dic, quod aut sumus in dispositione legali, & tunc qui non tenetur de euictione, nec tenetur ad restitutionem pretij, vt ait Castren. in l. emptorem, §. fi. nume. 3. ff. de act. empt.

Aut sumus in pacto, & tunc distingue tres casus vt per Castr. ibi sub numero 2. qua de re videndus est Caballin. in tracta. de euict. §. 5. nu. 25. 26. & nu. 27.

3 Amplia conclusionem † etiam si nulla intercesserit culpa emptoris, vt ait Didac. Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 17. num. 10. & Caballin. in tract. de euict. §. 5. numero 7. vbi de communi, & Meno. in consi. 361. num. 1. volum. 4. & Ant. Burg. in cap. si venditori, sub num. 14. de empt. & vendit. vbi pariter de communi, & Butr. in c. fi. num. 7. versi. tertio quæro, de empt. & vendit. vbi dixit, hanc esse veritatem, & ibi Ancha. sub num. 9. vbi ait, quòd hæc opinio communiter approbatur, idem dixit Henri. Boich. ibi sub nu. 4.

Fallit in fideiussore per iniuriam iudicis condemnato sine culpa ipsius fideiussoris, quia tunc iniuria non imputatur ipsi fideiussori, sed domino principali, vt ait Abb. in d. c. fi. sub n. 6. & ibi Anch. nu. 10. ver. sed incidenter, de empt. & vend.

Fallit etiam quando iniuria iudicis prouenit culpa venditoris, ut ait Butr. ibi sub num. 7.

4 Amplia præterea conclusionem † etiam quando verbis amplis, & generalibus promissum fuisset de euictione, vt ait Ruin. in cons. 77. num. 5. volum. 1. & Didac Coua. vbi supra, & Men. in d. cons. 361. sub nu. 1. uers. immo idem.

5 Amplia rursus, ut † non possit agere etiam respectu interesse, & expensarum, vt ait Menoch. in d. consi. 361. sub nu. 1. versicu. immo nec respectu, vol. 5.

6 Limita, vt † conclusio non procedat, quando venditor promisisset de euictione sequuta per iudicis imperitiam, quia tunc emptor de euictione agere poterit contra venditorem, nam cũ verba promissionis sint clara, & specifica, ab ipsis recedendum non est.

Declara hoc non procedere, quando iudex omni ordine prætermisso procederet de facto quia cum id connumeretur casui fortuito, & insolito venditor tenetur de euictione, ex quo emptor non intelligitur suscepisse in se casum prorsus insolitum, & incogitatum, secus si iniuria fieret per iudicem per errorem iuris, vel facti, seruato tamen ordine iuris, quia iste casus sæpè accidit secundum naturam iudiciorum, ut eleganter ait Angel. de Vbald. in consi. 76. prætermittendum est, ad euidentiam, num. 2. & sequitur Marsil. in sing. 354. in fi. & Caball. in tract. de euict. § 5 num. 45. versi. hoc pactum intelligitur, & Dec. in consil. 74. diligenter, sub nu. 2. vers. facit etiam.

Vnde infertur, quod si exceptio excussionis per partem allegata ordinem iudicii substantialem respiciens omitteretur, sequuta euictione per iudicis imperitiam agi non possit de euictione, etiam si promissum fuisset de euictione etiam sequuta per iudicis imperitiam, ut ait Menoch. in d. consi. 361. num. 26. volum. 4.

7 Limita etiam, ut † non procedat, quando emptor emisset à fisco, uel Republica, quia licet res sibi euincatur per iniuriam, & imperitiam iudicis, attamen regressum habet contra uenditorem de euictione, ut ait Roman. in sing. 761. & ibi Addit.

8 Limita quoque, quando † venditor promisisset emptorem defendere de iure, & de facto, & venditor ipse fuisset in culpa in non appellando, quia si feratur sententia per iniuriam iudicis uenditor de euictione tenetur, ex quo ius infertur in iudicio, vt ait Caball. in tract. de euict. § 5 sub numero 22. uersiculo unde infertur.

9 Limita insuper, ut † non procedat, quando sententia lata per iniuriam iudicis contra emptore prolata fuisset ipso emptore, & uenditore præsentibus, quia tunc emptor regressum habet

de

de euictione contra uenditorem, quia ipse debuisset appellare, ut ait Alexand. ad Bartol. in d. l. si per imprudentiam. ff. de euict. & ibi Fulg. num. 6 uers. mihi autem, per l. Herennius. §. Caia. ff. eo. ubi sic intelligit d. §. Caia, reddens rationem ibi nu. 7. idem uoluit glo. in l. emptor. C de euict.

10 Extende hanc limitationem † etiamsi uenditor non fuerit præsens soli sententiæ, sed ea postea fuerit sibi intimata, & denunciata per uenditorem, ut si sua putat inter esse, appellet, ut ait Fulgos. in dict. l. si per imprudentiam, sub num. 7. uersi. idem dixerim. ff. de euict.

SVMMARIVM.

1 *Muros Romæ transcendens pœna capitis plectitur.*

2 *Muros transcendens alterius ciuitatis quomodo puniatur?*

Crimen peculatus committitur à surripiente rem vrbis Romæ & alterius ciuitatis non recognoscentis superiorem ibi.

3 *Muros alicuius Castri, vel Oppidi transcendens iudicis arbitrio punitur.*

4 *Muros custoditos alicuius ciuitatis, vel Oppidi, quam Romę transcendens pœna capitis punitur secundum Vulpellum.*

Author dubitat de opinione ipsius Vulpelli, ibi.

5 *Muros ligneos non lapideos transcendens, an, & quomodo puniri debeat?*

6 *Foueas ciuitatis, vel Oppidi non habentis muros, nec valla lignea transcendens an, & qua pœna punaitur?*

7 *Muros ciuitatis transcendens tempore pacis non belli an puniri debeat?*

8 *Transcendens muros ciuitatis, in quibus ciues ingrediuntur, & egrediuntur alias quam per portam non punitur.*

9 *Conatus non punitur in eo, qui voluit transcendere muros ciuitatis, & non potuit.*

10 *Muros ciuitatis transcendens, vt fugeret à manibus inimicorum eum occidere volentium non punitur.*

11 *Muros ciuitatis transcendens, vt fugeret e manibus Satellitum an puniatur, & qua pœna? & sub num. 12. versi quo ad exemplum de fugiente.*

12 *Muros ciuitatis transcendens de nocte, vt bannitum occideret intra ciuitatem existentem an, & qua pœna puniatur? vide ibi ver. quo vero ad exemplum.*

CONCLVSIO VII.

1 TRanscendens † muros vrbis Romæ pœna capitis plectitur. l. final. ff. de rerum diuisi. vbi Bartol. num. 2. & alij Doct.

2 Ampliatur primò ista conclusio, vt † habeat locum in transcendente muros alterius ciuitatis, quia punitur nō pœna capitis ordinaria, sed extraordinaria iudicis arbitrio, vt ait Bart. in d. l. fin. num. 2. versi. iuxta hoc quæro. ff. de rerum diuisi. & Boer. qui dixit, ita iudicatum fuisse in decisi. 232. numero 1. reiecta aliquorum opinione, & Roland. à Valle in consi. 84. quoniam, nume. 25. versicu. aut loquimur, volum. 2. & Menoch. in cas. 483. numero 6. de arbitr. iud. & Ioann. Bapt. de Rosell. in consilio 90. Magnific. Dominus Capitaneus, sub num. 10. inter consilia crimin. diuers. volum. 1. in paruis, & Minsing. in §. sanctæ, numero 6. versi. porro, Institut. de rerum diui. & hanc opinionem seruari de consuetudine attestatur Alexand. de Neuo in consil. 91. magnifice domine, num. 1. inter consilia crim. diuersi. volu. 1. in paruis & Clar. in § fin. quæstione 68. versiculo muros ciuitatis, & ibi Baiard. num. 72. & Hieronym. de Monte in tract. fin. regun. cap. 5. num. 11. versicu. neque erit omittendum, & Dec. in capitu. 36. nume. 5. versicu. cum autem, lib. 7. rerum crimin. & Farinac. in quæstione 20. numero 152. versic. limita quinto, libro 5. quæst. & comm. opin. crim. & D. Odd. in cons. 53. dominus Franciscus, num. 19. & Magon. in decis. Luc. 90. nu. 14. versi. tamen quia.

Contrarium tenuit Cœpol. in tract. de seruit. vrb. præd. capit. 54. de scalis, num. 9. vbi ait, quod huiusmodi transcendens pœna capitis punitur, & Roman. hoc præsupponens in singul. 743. quæstio est de facto, & Fulgos. in l. si quis muros, nume. 1. & nu. 4. ff. de rerum diuisi. vbi dixit, quod illi, qui dicunt, quod pęna capitis non habet locum contra eos, qui transcendunt muros alterius ciuitatis, quam Romanę fundantes se super l. 2. ff. ne qd in loco publ. non rectè se fundant, quia illa lex hoc non probat, licet sententia Doctorum ita interpretantium sit humanior, & quod propterea sic de facto seruaretur, & hanc opinionem fuisse seruatam Bergomi attestatur Alber. in d. l. fi. num. 1. ff. de rerum diui. ubi ait, quod ipso reclamante quidam, qui muros Bergomi transcenderat decapitatus fuit.

Sed forte dicendum est, primam opinionem procedere in ciuitatibus superiorem recognoscentibus, secundam uero in ciuitatibus non recognoscentibus superiorem, per ea, quæ tradit Decia. in capitu. 28. sub numero 11. libro 8. rerum crim. vbi ait,

quod

quod crimen peculatus sicuti committitur a surripiente rem vrbis Romæ, ita & ciuitatis non recognoscentis superiorem, licet hoc crimen uideatur committi tantum a surripiente rem ciuitatis Romanæ, non alterius ciuitatis, ut ait glo. in l. ob pecuniam, in verbo, ciuitati. ff. de furt. & in l. quarta, in uerbo, ciuitatis, ff. ad legem Iul. pecul. & in §. item lex Iulia, in uerbo publicam, Institut. de public. iudic. & Luc. de Penna in l. colonos, sub numero 14. versicu. item qui pecuniam C. de colon. illyric. lib. 11. & Roland. a Valle in consi. 84. quoniam, nu. 26. volum. 2. & Boer. in decis. 232. sub nume. 1.

Si tamen statutum esset speciale in ciuitate illud seruandum esset, ut ait Decian. in capitu. 28. sub numero 11. libro octauo, rerum crimin.

3 Secundo ampliatur, vt † procedat in transcendente muros alicuius Castri, uel oppidi, quia huiusmodi transcendens punietur licet non pœna ordinaria, saltem extraordinaria iudicis arbitrio, vt ait Angel. Aret. in §. sanctæ, numero 1. Institut. de rerum diuisi. & ibi Minsing. numero 6. versi. porro, & Roland. a Valle in d. consilio 84. numero 25. versiculo aut loquimur de uiolantibus, volum. 2. & Roman. in d. sing. 743.

4 Tertio ampliatur, ut † procedat in transcendente muros custoditos alterius ciuitatis, uel Oppidi, quam Romanæ, quia tunc punietur pęna capitis, ut scriptum reliquit Vulpel. in cons. 80. Paulus, nume. 3. vbi ait, se (plerisque etiam reclamantibus) obseruasse, & in praxim deduxisse.

Dubito de hoc dicto Vulpelli, cum eius opinionem non comprobet lege, nec ratione.

5 Quarto ampliatur, vt † procedat in transcendente muros non solum lapideos, sed etiam ligneos, nam si transcenderit ligneos ciuitatis non recognoscentis superiorem punietur pęna ordinaria, si uero alterius ciuitatis recognoscentis superiorem, vel alicuius Castri, uel oppidi, punietur extraordinarie iudicis arbitrio, quia eadem est ratio in vallis ligneis, quæ est in muris lapideis, ex quo lignei subrogantur loco lapideorum, ut ait Decian. in cap. 36. num. 6. uersicu. sed quid si ciuitas, libro 7. rerum crim. & hanc opinionem tenuit Cæpol. in tract. de seruit. vrban. præd. cap. 54. de scalis, num. 9. uersic. quæritur, etiam, & Boer. in d. decisi. 232. sub num. 1. in fi. & Farinac. in quæst. 20. nu. 148. versi. limita primo, lib. 1. quæst. & com. opin. crim.

6 Quinto ampliatur, ut † procedat etiam in transcendente foueas ciuitatis, uel oppidi non habentis muros, nec ualla lignea, nam qui transcenderet foueas ciuitatis non recognoscentis superiorem punietur pęna capitis ordinaria, si uero transcenderit

foueas ciuitatis superiorem recognoscentis, vel alicuius Castri, aut oppidi iudicis arbitrio punietur, vt ait Bald. in l. pergit, nume. 2. C. de sepulch. violat. vbi ait, quòd ita punitur violator fossarum, sicut violator murorum, & sequitur Afflict. in constitu. Neap. cum satis nume. 13. titu. de official. reprobat. lib. 1. & hãc opinionem sequutus est Senatus Mediolani, vt attestatur Clar. in quæstio. 68. versi. muros ciuitatis, idem tenuit Decian. in cap. 36. sub nume. 36. versi. quanquam sputem, lib. 7. rerum crimin. & Farinac. in quæstio. 20. nume. 148. versic. limita primo, lib. 1. quæst. & com. opin crim.

7 Limitatur autem primo dicta conclusio, vt † non habeat locũ in transcendente muros ciuitatis tempore pacis, sed tantum tempore belli, vt ait Andr. de Isern. quem sequitur Grammat. in constitu. Regni sub titu. de iust. assessor. & Acto. notarijs ordi. & de official. iust. sub nume 9. ver. & in quantum, lib. 1. vbi ait, sic Capuæ iudicatum fuisse, & Afflict. in constit. Neap. cum satis, sub nume. 12. titu. de official. reprobat. lib. primo, vbi ait ex mente glossæ ibi, & Caroli de Toco glossatoris legum longobardorum, quod qui tempore pacis ponit schalas ad mœnia ciuitatis, & intrat per illas schalas in ciuitatum non punitur pœna capitali, subdens sic limitari dicta l. fina. ff. de rerum diuis. & ita Capuæ fuisse iudicatum, & hanc opinionem tenuit Clar. in §. fina. quæst. 68. sub versi. muros ciuitatis, in fin. & ibi Baiard nume. 73. & sub nu. 74. & Farinac. in quæst. 20. nume. 151. ver. limita quarto, lib. 1. quæst. & com. opin. crim. & Magon. in decis. Luc. 90. deuenerat, nu. 14. versi. tamen quia, & Boer. in decis. 232. nu. 3. ver. & sic etiam limitatur, & Luc. de Penna in l. colonos, sub nu. 12. ver. item attenditur. C. de colon. illyrican. lib. 11.

Contrarium tamen tenuit Decian. in c. 36. nu. 9. ver. quid autem, lib. 7. rerum crim. vbi dixit, non putaueram supradictã opinionem, cum textus in d. l. fina ff. de rerum diuis. generaliter loquatur, neque distinguat tẽpus pacis à tempore belli, sicuti non distinguit l. 1. Longobardorum, tit. de furtis, quæ imponit pœnam transcendenti muros.

Cęterum responderi potest, quòd in puniendis delictis attenditur qualitas temporis, vt pacis, & belli, nam aliter punitur trãscendens muros tempore belli, quia punitur pœna capitis, aliter tempore pacis, vt probatur in l. non omnes, post princip. ff. de re milit. vbi habetur, quod aliter punitur, qui in pace deseruit, quia militiam perdit, aliter qui in bello, nam capite punitur, & ita tradit Luc. de Penna in dicta l. Colonos sub nume. 12. versi. item attenditur. C. de colon. illyrican. lib. 11.

8 Secundo limitatur, vt † non habeat locum in egrediente,

vel ingrediente muros ciuitatis, in quibus Ciues ingrediuntur, & egrediuntur alias quam per portam vt fit Cremonæ, vt ait Cefal. in consil. 204. nobilis, sub nume. 47. versicu. octauo. circa imputationem, & nu. 48. cum seq. volu. 2.

9 Tertio limitatur, vt † non procedat in eo, qui conatus fuisset transcendere muros, & non potuisset, vt ait Farinac. in quæstione vigesima. nume. 150. versi. limita tertio, lib. 1. quæstio. & commun. opin. crim. nam glos. in dicta l. fina. ff. de rerum diuis. in fin. exponit verba, transcendere voluerit, de quibus in textu, idest voluntarie transcenderit, quam expositionem sequitur ibi Bart. & Boer. in d. decis. 232. sub nu. 1.

10 Quarto limitatur, vt † non procedat in eo, qui fugiendo à manibus inimicorum eum quærentium, vt occiderent muros trāscendit, quia nulla pœna tenetur, cum vnicuique licitum sit quomodocunque sanguinem suum redimere, & cum incumbat rei licitæ salutem suam defendendo, vt ait Decian. in ca. 36. sub nu. 8. ver. quod ego verum puto, lib. 7. rerum crimin. & D. Odd. in consi. 53. nu. 20. ver. & multo magis.

11 Sunt tamen qui dicunt, fugientem † a manibus satellitum eum sequentium, & muros transcendentem non puniri pœna ordinaria, sed extraordinaria iudicis arbitrio, quia volens non transcendit sed coactus, vt ait Boer. in decis. 232. sub nume. primo, vbi loquitur de eo, qui ob punitionem delicti fugiendam, & mortem fortè euadendam transcendit muros ciuitatis, & sequitur D. Odd. in dicto consil. 53. nume. 20. versi. & multo magis, & Decian. in cap. 36. nume. 8. versi. idem ergo dicendum, lib. 7. rerum crimin. & videtur de mente Clar. in §. fina. quæstione 68. sub versi. muros ciuitatis, ibi, & ita omnino, & Farinacius dicta quæstione 20. nume. 149. versicu. limita secundo, lib. primo. quæst. & commun. opin. crimin. quia, vt subdit, omnis lex quamuis præcisè loquatur semper sumit interpretationem, & declarationem nisi, iusta, & legitima causa contrarium suadeatur.

12 Et ideo inferunt etiam, quod † si quis transcenderet muros ciuitatis de nocte, vt bannitum intra ciuitatem existentem occideret, cum id non dolo egerit, sed ex licita causa, non tenebitur pœna ordinaria, sed alia iudicis arbitrio, vt ait Nellus in tract. de bannit. in secunda par. 2. temp. quæstione 13. & sequitur Menoch. in cas. 483. num. 7. ver. iudicis etiam arbitrio de arbitris iud. & Ruin. in consi. 2. primo quæritur, nu. 8. ver. præterea quamuis, volu. 5. idem voluit Bursat. in consil. 134. num. 1. & Decian. in cap. 36. nume. 7. versicu. excusabitur tamen, lib. 7. rerum crimin. & Farinac. in dicta quæstione 20. nume. 149. lib.

primo

primo quæstio.& commun.opin.crim.& Iaſ.in l.ſi quis nec cau ſam,nume.20.verſicu.iſtam regulam.ff.ſi cert.pet. licet dicat, non nulla iura per eum adducta contrarium ſuadere.

Quoad exemplum de fugiente è manibus ſatellitum ego dico conſiderandum eſſe,an iuſtè fugeret, vel iniuſtè, quia ſi iniuſte fugeret,vt quia eſſet Reus alicuius delicti, ei non liceret tranſcendere muros,quia fugiendo daret operam rei illicite, ſicuti dicitur de iuſte capti, qui ſi fugiat à carceribus peccat mortaliter, vt ait Boſſ.in titu. de carcere, numero quarto, & Felyn. in cap. primo, ſub nume. quadrageſimoſexto,de conſtitu.vbi ait, quòd ſi captus ex iuſta cauſa fugiat peccat mortaliter,& ibi Decius nume.76.& Tiraquel.de retra. lign. in præfat. nume.68.

Si vero iuſte fugeret,vt quia eſſet innocent, tunc liceret ei tranſcendere muros, quia fugiendo dat operam rei licitæ, vt dicitur de iniuſtè capto,& carcerato,cui licet fores carceris,vel parietes infringere,& effugere impune,vt ait Neuizan. in conſi.12.nu.154.inter conſilia Bruni, & Menoch.in caſ.301.nu. 14. de arbit.iud.

Quo verò ad exemplum de tranſcendente muros, vt bannitum occideret, dico eum non eſſe excuſatum à pœna ordinaria, quia offendens bannitum dicitur dare operam rei illicitæ, ex quo dicitur delinquere, licet habeat impunitatem à ſtatuto, vt ait Magon.in deciſ.Luc.41.nume.9.10.& ſequen. ac nume. 17.niſi in ſtatuto diceretur quod bannitus licitè offendi poſſit, vt ibi per eum nume.18.

SVMMARIVM.

1 *Iudex recuſari poteſt vt ſuſpectus, ſi audit partem ſecreto,uel in aure ſecum alloquentem.*

Contrarium tenuit Cauagnol.ſub nu.2.

2 *Male præſumitur contra eum, qui ſecreto aliquid dicit.*

3 *Iudex non poteſt vt ſuſpectus recuſari ex ſecreta partis alloqutione,ſi reuelat alteri parti quod ſecreto audiuit.*

Quod vltimum non placet Authori, ibi.

4 *Iudex non poteſt vt ſuſpectus recuſari,ſi audit partem in aure, vel in occulto in cauſis ſummarijs vbi proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*

5 *Iudex ſi non audit partem ſecreto, vel in aure, vbi proceditur ſine ſtrepitu,& figura iudicij dicitur eam grauare.*

Limita,vt ibi.

CON-

CONCLVSIO VIII.

1 IVdex†ex secreta partis alloquutione redditur suspectus alteri parti, vt¦ait Speculat. in titu. de aduocat. §. quarto. hic dicendum, sub nume. decimosexto, in fine, & melius in titu. de positionibus.§.7. septimo occurrit videndum, nume. 10. versicu. sed certè iudex,quem sequitur Roman.in singul.261. nunquid si aduersarius, & Ant.Tassar. in tracta. de erroribus notariorum,cap.22. nume.2.versi.ex quibus,& Anton.de Butr.in cap.accedens,il 2. sub nume.26.versi.immo dicit,vt lite non contesta. & ibi Abb. sub nume.octauo,versic. & aduerte ad vnum bonum dictum, & Franc.in cap.postremo, sub nume.20. versi. trigesimonono quando altera pars,de appellat. & Celsus ad Lanfranc. in capit. quoniam contra, in verbo, recusationes,sub nume.7. versicu. adde an, & per quos casus, de probat. & Ias. in l. apertissimi, sub numero nono, versic.vndecima causa, C. de iudic. & Maranta in tracta.de ordin.iudic.in 6.part. titu. de appellat. act. 2. nume.44. versicu. decima causa est, & Ioan. Segura Dauaalos in direct.iudic.cap.quarto,nume.2.versi. vnde quando, in secunda par. vbi etiam subdit neminem vidisse ob id recusari, & Decian.in capit.17.nume.trigesimosexto.versicu.notandum tamen,lib.7.rerum crimin.vbi refert huic rei conueniens exemplum Antigoni Regis Macedonum, qui cum frater eius Marsias litem haberet ab eo rogatus, vt causa domi cognosceretur,respondit,si nihil præter ius agimus,melius, fiet in foro cũ ctis audientibus, quam in domesticis latebris non cariturí sinistra ciuium suspicione etiam si bona sit causa tua.

2 Nam† ex secreta loquutione insurgit præsumptio quod aliquid dicat, quod palam dicere erubescit,vt ait glo. in l. Lucius Titius.§.1.ff.de legat.1.& ibi notat Bald.nu.5.

Contrarium tamen tenuit solus Cauagnol.ad decreta Montisferrat. in decret.20. §. primo. quæstio. prima. numero 3. vbi miratur de Abbate,quòd in dicto cap. accedens, nume. 8. asseruerit, illud dictum esse bonum, & magnum, subdens idem Cauagnol.ibi nume.5. dictam suspicionis speciem connumerandam fore, & esse inter temerarias, & tenues suspiciones, quæ vbi contingerent, iudicaret, non fore habendas in consideratione.

3 Vtcunque sit limita conclusionem,vt†non procedat si iudex publice referat id, quod in aure,vel secreto audiuit, quia tunc euitat suspicionem,vt ait Specul. in titu. de Aduocat.§. quinto hic dicendum, sub numero 16. in fine, & in titu. de positioni-

tionibus. §. 7. septimo videndum occurrit, sub nume. 10. ver. sed certe iudex, & Franc. in d. cap. postremo, sub nume 20. versi. trigesimonono quando altera pars, de appellat. & Addit. ad Abb. in c. accedens, il 2. sub nu. 8. versi. aduerte tamen, vt lite non contest. & ibi Ant. de Butr. sub nume. 26 in fi. vbi dixit, hoc notandum esse, & Addit. ad Roman. in sing. 261. nunquid si aduersarius, & Ant. Tassara in dicto c. 22 nu 2. versic. ex quibus, & Ioan. Segura Daualos in direct. iudic. cap 4 sub nu. 2. ver. sed iudex debet esse cautus, in 2. par.

Sed ista limitatio videtur periculosa, quia iudex potest propalare aliquid diuersum ab eo, quod pars sibi dixit secreto, vel in aure.

4 Limita secundo, vt † conclusio non procedat in causis summarijs, in quibus proceditur sine strepitu, quia per secretam loquutionem non videtur iudex posse, vt suspectus recusari, ex quo natura causæ requirit, vt iudex sic parti se exhibeat, vt ait Georg. Natta in clem. sæpe, in princ. sub nu. 33. ver. ex quibus, de verb. signific. vbi dixit, hanc esse inauditam limitationem per ipsum consideratam, & esse perpetuo meriti tenendam, quam tradit etiam Ias. in l. apertissimi, sub nu. 9. sub versi. vndecima causa. C. de iudic. & Thom. Diplo. ad Bart. in Extrauag. ad reprimen. in verbo, sine strepitu, sub nu. 2. vbi dixit hoc esse notandum, & Decian. in c. 17. sub nu. 36. sub ver. notandum tamen, lib. 7. rerũ cri.

5 Quinimmo † si iudex in causis, vbi proceditur sine strepitu, & figura iudicij, non se exhiberet parti volenti secreto alloqui secum, eam grauare diceretur, vt ait Bart. in d. verbo, sine strepitu, nu. 2. ver. & pro hoc dico, vbi subdit, hoc non procedere in casu illius Extrauag. quia tunc non tenetur, sed si vult, potest audire partem secreto.

SVMMARIVM.

1 *Disputare, vel etiam dubitare de potestate Principis crimen est quasi sacrilegij.*
2 *Disputans de potestate Principis est infamis.*
Contrarium tenuit Author.
3 *Sacrilegus est infamis.*
4 *Simile non est idem.*
5 *Disputare licet de potestate Principis in his, quæ sunt iuris diuini, naturalis, uel gentium.*
6 *Disputare licet de potestate Principis in his, quæ non spectant ad eius iurisdictionem.*
7 *Disputare licet de potestate Principis cum alio, sed non cũ ipso Principe.*
8 *Disputare licet de potestate Principis ob causam necessariam, & defensionem*

sionem iuris tertij.

9 *Disputare licet, an electus per Principem sit dignus, quando constat, quod est malus.*

10 *Disputare licet de potestate Principis in his, quæ mala sunt, ut quando agit contra fidem, ecclesiam, & huiusmodi.*

11 *Disputare licet de scientia, & voluntate Principis.*

Exempla recitantur ibi.

12 *Princeps quandoque male instruitur, & informatur.*

CONCLVSIO IX.

1 NOn solum † disputare, sed etiam dubitare de potestate Principis est crimen quasi sacrilegij, vt de primo habetur in l. 2. C. de crim sacrileg. & in c. si quis suadẽte. §. committunt etiam. 17. q. 7. & tradit Socin. iun. in consi. 76. sub nu. 14. volum. 4. & Crauet in consi. 241. Princeps, nu. 2 & de secundo tradit Salyc. in l sacrilegij. C. de diuers. rescript. & de vtroque Bursat. in consil. 162. quoniam tria, sub nu. 11. volu. 2 & Cauagnol. ad decreta Montisferrat. in decret. 73. § 1. q. 1. sub nu. 40. ver. vltimo loco, & Restaur. in tract. de Imperat. q. 110. ver. 299. & Vasq. illustr. controuer. c. 15. nu. 4. versi. nec vlterius.

2 Ampliatur ista cõclusio, vt † disputans de potestate Principis, vtrum bene fecerit, sit infamis vt ait Addit. ad Angel. in d. l. 2. de crimi. sacrileg.

Quod non credo verum, tum quia nihil allegat, & nullibi re-

3 peritur expressum, tum etiam quia † licet sacrilegus sit infamis, vt ait Decian. in c. 33. nu. 24. lib 6. rerum crim. attamẽ qui disputat de potestate Principis non committit sacrilegium, sed quasi, d. l. 2. C. de crim. sacrileg. ergo non est sacrilegus. quia simile

4 † non est idem, vt ait ibid. Odofred. nu. 1.

5 Limitatur autem primo, vt † licitum sit disputare de potestate Principis in his, quæ sunt iuris diuini, naturalis, vel gentium, cui iuri Princeps subijcitur, secus in his quæ sunt iuris ciuilis, & mere positiui, vt ait Crauet. in consi. 241. Princeps, sub nu. 20. ver nõ obstat ꝙ sacrilegium, & Menoch. in consi. 208. nu. 50. vol. 3. & in præsumpt. 10. nu. 56 lib. 2. de præsumpt.

6 Secundo limitatur, vt † liceat disputare de potestate Principis in his, quę nõ spectãt ad eius iurisdictionem, vt ait Saly. in d. l. 2. sub nu. 1. C. de crim. sacrileg. & ibi Bald. nu. 2. vbi loquuntur, cũ Princeps secularis se intromittere de ecclesiasticis, & spiritualib.

7 Tertio limitatur, vt † liceat disputare cum alio, licet non cũ ipso Principe, vt ait Bal. in l. 1. nu. 1. ver. & nota quod nõ licet disputare, in 1. lect. ff. de constit. Princip.

Quarto

8 Quarto limitatur, vt † liceat disputare de potestate Principis propter tutelam, & cōseruationē iuris tertij, & causam necessariā, secus si nimia audacia, aut contemptu id fieret, vt ait Craue. in consi. 296. sub nu. 3. ver. venio nunc ad defectum potestatis.

9 Quinto limitatur, vt † liceat disputare, an is sit dignus, quē Princeps elegit, si constat, & certū est, quod est malus, vt ait Card. in consil. 43. post hoc consilium, nume. 2. & Bellem. in d. c. si quis suadente §. qui autem, sub nu. 1. 17. q. 4.

10 Sexto limitatur, vt † liceat disputare de facto Principis in his, quæ non nisi malo animo fieri possunt, vt si apertè facit, vel agit contra fidem, aut ecclesiam, & huiusmodi, quia vbi constat eū male egisse, nullum est sacrilegium de factis ipsius disputare, an sint iusta, & valida, secus in dubijs, vel claris ad bonū, vt ait Ioan. de Turrecrem. in d. c. si quis suadēte. §. qui aūt sub nu. 1. 17. q. 4.

11 Septimo limitatur, vt † licitum sit disputare de scientia, & voluntate Principis, quia Princeps quādoque errat, vt ait Ias. in l. 1. sub nu. 2. ver. tamen aduerte. ff. de constit. Princ. & Mayner. in l. in ambiguis, nu. 1. ff. de reg. iur. & Cęfal. in consi. 133. nu. 104. & Card. in d. consi. 143. nu. 2. vbi ait, ꝙ potest disputari de non ple-
12 na scientia, seu facti informatione, nam male † nonnunquam instruitur, & informatur Princeps l. 1. C. de petit. bonor. sublat. & ita quoque limitauit Gail. in obseruat. 58. nu. 7. ver. his nō aduersatur, & sub nu. 9. ver. sed in dubio, lib. 2. pract. obseruat. & Borgnin. in decis. 50. nu. 13. in fi exemplum poni potest, quando pars læsa allegat subreptionem, vel obreptionem, quia tunc non de potestate, sed de voluntate, & scientia Principis disputatur, vt ait Gail. in d. obseruat. 58. nu. 7. Vel quando Princeps disponit cōtra ius positiuū, vt facere pōt adiecta clausula nō obstante, de qua in l. fi. C. si contra ius, vel vtil. publ. & quia in dubio nō præsumitur hoc velle facere, idest velle aliqd statuere cōtra ius, vnde si hoc cōcesserit, præsumitur per importunitatem partis concessisse, & ideo nō de Principis potestate, sed de volūtate disputatur, quod fieri potest, vt ait idem Gail. in d. obseruat. 58. sub nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Exemplis non est iudicandum, sed legibus.*

2 *Exemplis iudicandum est, quando in consuetudinem transiuerunt èx pluralitate sententiarum.*

Declara, ut ibi.

3 *Exempla bona laudanda, & sequenda sunt.*

4 *Exemplis iudicandum est, quando sumus coram eodem Magistratu, quia non debet esse uarius.*

Declara, vt ibi.

Exemplis

3 *Exempla bona laudanda, & sequenda sunt.*
4 *Exemplis iudicandum est, quando sumus coram eodem Magistratu, quia non debet esse varius.*
Declara, vt ibi.
5 *Exemplis aliorum iudicandum est, quando sumus in dubio.*
6 *Exemplis Principis, vel Senatus, aut summi iudicis iudicandum est.*
Borgninus reprehenditur ab Authore ibi.
7 *Episcopus æquiparatur Præfecto Prætorio.*
8 *Exemplis Princ pis, vel Senatus, aut supremi iudicis iudicandum nō est, ubi non constat terminos esse pares.*
9 *Exemplis principis, vel Senatus iudicandum non est, quando rationes, vel Doctorum authoritates extant prout pro una parte.*
10 *Exemplis iudicandū est, quādo exempla ipsa sunt à Principe approbata.*
11 *Exemplis iudicandum est, quando sunt ueteris testamenti, maxime si sint diuina.*
12 *Exemplis iudicandum est, quando ius non reperitur expressum, & sic ubi deficit ius.*
13 *Exemplis iudicandum est, quando sumus inter easdem personas.*
14 *Exemplis, bene iudicantis iudicandum est, vt quādo exempla habent fundamentum iuris, vel quando innituntur rationi.*
15 *Præsumitur pro iudice, & eius sententia.*
16 *Lex dicitur omne id, quod in ratione consistit.*
Aemilianus reprehensus ab Authore ibi.

CONCLVSIO X.

1 Exemplis † non est iudicandum, sed legibus l. nemo. C. de sent. & interlo. omn. iudic. Cefal. in consi. 176. nu. 32. volu. 2. & Menoch. in consi. 996. nu. 27. vol. 10.

2 Limitatur primo ista conclusio, vt † non procedat in exemplis, quæ in consuetudinem transiuerunt, vt ait Angel. in dicta l. nemo, nume. 1. versi. & intellige. C. de sentē. & interlo. omn. iud. & ibi Salycet. sub nu. 2. ver. oppono tertio, & Cefal. in consi. 120. nu. 13. volu. 1. & hoc est, quod voluit dicere Socin. in reg. 225. nume. 2. dum dixit, quod plurium personarum exemplis iudicandum est, non paucorum, supple scilicet consuetudine rerum iudicatarum, vt ait Archid. in cap. fina. sub nume. 3. distin. 20. & ibi Ioan. de Turrecrem. sub nume. 1. & Bellem. sub num. 2. & Aemilian. in consil. septuagesimotertio, numero 27. & nume. 10.

Intellige, quando talia exempla sunt deducta in notitiam Populi, & in hoc Populus tacitè consensit, vt ait Baldus in dicta l. nemo, nume. 2. ubi subdit, quòd consensus præsumitur, ex temporis diuturnitate, & actuum solemnitate, quia non fuerunt reuocati.

Con-

Considera, quod ista limitatio non videtur bene adaptari regulæ, quia tali casu potius ex consuetudine, quam exemplis iudicandum videtur, vt ait Odofred. in d.l. nemo, sub nume. 1. & in fi. vbi ait, quod tunc non iudicatur, quia ita alias iudicatum est, sed quia exemplis inducitur consuetudo, & ibi Ang. num. 1. & Bar. in fi. & Dec. in c. ad hæc nu. 64. de postul. prælat.

3 Secundo limitatur, vt † non procedat in exemplis quæ sunt bona, quia tunc laudanda sunt, vt ait Angel. in d.l. nemo, sub nu. 1. in fi. & ibi Bald. nu. 1. vbi loquitur de exemplis virorum magnæ authoritatis, vt labeonis, idem notauit ibi Salycet. sub nu. 2. ver. & ex his.

4 Tertio limitatur, vt non procedat quando sumus coram eodem Magistratu, qui non debet esse, varius, vt ait Cæfal. in consil. 176. nu. 33. volu. 2.

Hoc tamen non videtur indistinctè verum, quandoquidem iudex, qui primo male & iniustè iudicauit debet à malo abstinere, & in eo non perseuerare, iuxta illud, humanum est peccare, diabolicum perseuerare, & euangelicum emendare.

5 Quarto limitatur, vt † non habeat locum, quando res dubia est, & sic quando sumus in dubio, quia in dubio aliorum exemplis in eodem loco iudicandum est, vt ait Cæfal. in consi. 25. nu. 16. & in consi. 96. nume. 24. vol. 1. & in consil. 176. nu. 33. volu. 2. & Aemilian. in consi. 73. nume. 28 & Ioseph. Ludouic. in decis. Perus. 90. nu. 8.

6 Quinto limitatur, vt † non procedat in exemplis Principis, vel Senatus, quia eorum sententiæ faciunt leges l. fi. C. de legib. Menoch. in consi. 676. nu. 2. vol. 7. & in consi. 437. nume. 13. vbi loquitur de sententia Imperatoris, & in consi. 973. nume. 20. & nume. 21. vol. 10. & Scot. in consil. 10. nume. 72. lib. 5. tom. 2. & Socin. in reg. 225. nu. 1. & Plot. in consi. 3. nume. 3. vbi ait quod sententia Principis, & Senatus in vna causa facit ius, & legem quoad omnes, & iterum Menoch. in consi. nume. 671. nu. 21. & consi. 22. volu. 7. & Borgnin. in decis. 44. num 41. vbi loquitur in exemplis Præfecti Prætorio reprehendi debet, cum loquatur contra textum expressum in d.l. nemo, & glos. ibi, sicuti reprehendendus est, dum dicit exemplis episcopi iudicandum esse, quia sicuti exemplis Præfecti Prætorio iudicari non debet d.l.
7 nemo, & ibi glo. ita nec exemplis episcopi, cũ † Episcopus ęquiparetur Præfecto Prætorio, vt ait glos. in l. 1. in verbo, iudicaturus. ff. de off. præfect. præt. vbi Bartol. sub nu. 1. ait, illam glossam esse notandum propter multa.

Præterea multo magis reprehendendus est dum addit exemplis Rotæ iudicandum esse, quia hoc nullo iure probatur, & licet alleget Afflict. in decis. 383. nume. 8. ille tamen loquitur in exem-

exemplis sacri consilij Neapolitani, cuius sententiæ proferuntur sub nomine Regio, & ideo habent vim legis generalis in Regno, vt subdit Afflict. ibi, sicuti sententiæ Senatus habent eandem vim legis, vt dixi.

Limitatio supradicta non videtur proprie limitatio, quia ille, qui iudicat exemplis Principis, vel Senatus videtur iudicare secundum legem generalẽ, vt ait Odofred. in d. l. nemo sub nu. 1. & Dec. in c. ad hæc, nu. 63. de postul. prælat.

8 Vtcunque sit sublimitai, vt † non sit iudicandum exemplis Principis, vel Senatus, aut supremi iudicis, quando non constat, terminos esse pares, vt ait Menoch. in consi. 2. nu. 209. volu. 1. & in consi. 604. nu. 53. volu. 7.

9 Sublimita etiam † quando iura, vel rationes, aut Doctorum authoritates extant pro vna parte, quia tunc non est iudicandum exemplis Principis, vel Senatus, sed tantum, quando contentio non est diffinita legibus, vel Doctorum authoritatibus, vt ait Menoch. in dicto consi. 2. nume. 210. & in d. consil. 604. nume. 54. & Borgnin. in decis. 44. nu. 41. vbi ait exemplo summi iudicis iudicandum esse, quando non est contra iura aperta.

Vide tamen in materia longam distinctionem per Domin. de Santo Gemin. in c. fi. nu. 3. dist. 20.

10 Sexto limitatur, vt † non procedat, quando exempla ipsa sunt à Principe approbata, vt ait Abb. in cap. afferte, nume. 1. de præsumpt. & Alexan. ad Bar. in d. l. nemo, C. de sent. & interlo. omn. iud. & Addit. ad Salycet. ibi, & Rimin. iun. in consi. 307. nume. 15. volu. 3.

11 Septimo limitatur, vt † non procedat, quando exempla sunt veteris testamenti, maxime si sint diuina, vt ait Abb. in d. c. afferte, sub nu. 1. de præsumpt. & Alexand. ad Bart. & Addit. ad Salycet. vbi supra.

12 Octauò limitatur, vt † non habeat locum, quando ius non reperitur expressum, nam tunc iure deficiente exemplis iudicandum est, vt ait Socin. in reg. 225. nu. 3.

13 Nono limitatur, vt † non habeat locum, quando sumus inter easdem personas, inter quas exemplis est iudicandum, vt ait Sebast. Sap. ad Abb. in d. c. affert sub nu. 1. de præsumpt.

14 Decimo limitatur, vt † non procedat in exemplis bene iudicantis vt ait Aemilian. in d. consi. 73. nu. 29. vbi subdit præsumendum esse, quod iudex bene iudicauerit, cum † pro eo, & eius sententia præsumatur l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. cum simil.

Cœterum ita non videtur proprie limitatio, quia licet negari non possit, quin exemplis bene iudicantis sit iudicandum, vt quando exempla habent fundamentum, iuris, & æquitatis, vt ait Ruin. in consi. 307. sub nume. 14. volu. 3. vel quando innitun-

tur

tur rationi, vt ait Sebast. Sap. ad Abb. in d.c. afferte, sub num. 1. de præsumpt. attamen tunc diceretur quis iudicare legibus, & non
16 exemplis quia † lex dicitur omne id, quod in ratione consistit c. consuetudo, distin. 1. Andr. de Isern. in prelud. feudorum, nu. 25. & nu. 48. vbi Addit. copiosè & Deci. in consil. 64. diligenter, sub nu. 6. & Roland. à Valle in consi. 72. statuto, nu. 47. versicu. quia lex, volu. 1.

Præterea Aemilianus non videtur bene dicere, quia constare debet, quod iudex bene iudicauerit aliter quam ex præsumptione oriente ex actu, & sententia iudicis, alias autem destrueretur omnino conclusio.

FINIS.

Aduerte, Lector humanissime, quòd numerus 48. vsque ad numerum 68. cum sua materia, positi in hoc volumine, pagina duodecima, ideo non fuerunt in Indice positi, quia cum fuissent deperditi, fuerunt etiam aduertendum est, quòd numeri 66. 67. & 68. per errorem positi fuerunt in Indice; & propterea nihil ad rem faciunt. Vale.

INDEX RERVM PRAETERMISSARVM, a pag. 21. vsque ad paginam 24.

156

GL'Eccelentissimi Sign. Capi dell'Illustrissimo Conseglio di X. infrascritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua per relatione delli doi à ciò deputati; cioè, del Reu. Padre Inquisitor, & del Circ. Secretario del Senato, Zuane Marauegia, con giuramento, che nel lib. intitol. Ludou. Rodolfini de Sabloneta I.V. D. Quæstionum Liber secundus; & nel Libro intitolato, Tractatus de suprema, & absoluta Principis potestate; Et nel Libro dell'istesso Auttore, de Bracchio sæculari, & ecclesiastico, vicissim implorando; Et nel Libro dell'istesso Auttore, intitolato, Conclusiones Ludouici Rodolfini; non si troua cosa contra le leggi, & sono degni di Stampa, concedeno licentia, che possino esser stampati in questa Città.

Dat. Die 13. Martij. 1606.

D.Z. Giacomo Zane.
D. Zorzi Corner.
D. Pietro Barbarigo.
} Capi dell'Illustrissimo Conseglio di X.

Illustrissimi Cons. X. Secret. Leonardus Otthobonus.

1606. a 15. Marzo Regist. in libro a car. 148. Anton. Laur. Offic. Con. Blasph. scrip.

